minicalibus euangeliis familiariorem ordinem quasi uentilando propalauerim: Quandoquidem nobilissime præsul id foret actum agere: lateremq; lauare. (ut Terentianus ille Sannio dicebat) pariterq; occasionem afferre qua omnimoda securitate homiliarũ lectores assidue torperent. Illi precipue (si qui sunt) qui cetera fossores (ut Persius refert) uix ad tris numeros satyri batilli mouentur. Atq; etiam ut uenerabilis Beda super Lucam ait. Non solum indocti: sed etiam imberbes ad docendum magis quam ad discendum prorumpere malunt (quod non est permittendum) puerorum miserandas aures in perniciem totius didaschaliæ nugis obtundendo. Sed q satis esse crediderim imprimis maculosa emaculare dillucidando non pauca quæ perperam ex impressorum incuria (que iterdum maxima est) uel alicuius temerarii correctoris falso interposita uel oblitterata erant. Et quia in quibusdam locis textus euangelicus deficiebat: & superabundabat expositio. uel econuerso. in quibusdam autem nec euangelium erat nec homilia legebatur. In illis: que imminuta fuerant ad integritatem restituere etiam curaui. In istis uero necessaria addere. & id quidem intra modum: ne tam legentium quam audientium animos lectionis obtunderem prolixitate. Que omnia ex ueterum exemplaribus interserui ad omnifariam eruditionem lineamq; ueritatis redigendo. ut Luce clarius elucesceret bene intuenti totius litteræ ordo: quem ante hac mẽdosus textus turgidum & ampullosum reddiderat scholipetis: clericulisq; ad sacros ordines promoueri cupientibus. Deinde quia homiliarum lectio sapientissime præsul non nisi a uiris sacrarum litterarum peritis plene percipi potest: sacrę scripture locis aliisq; notatu dignissimis margines ipsas adnotaui: adimens lectoribus laborem sacrarũ litterarũ schedas sine indice uisendi. Postremo ex adnotationibus quas in nouum testamentũ Laurentius ille ualensis romanæ lingue pomeriũ amenissimũ excusserat. (sine quo uno simul cum Antonio nebrissensi claudicaret sermo latinus) apposui in euangeliorũ marginibus nõnulla ex forma greca que ut ipse probat nõ aliũ sensum redunt. uerũ eundem latinius representant. Sed licet hæc omnia imprimis sanctæ matris ecclesie & doctorũ censure supponam (si forte parũ natura cauit) tamen nõ dubito affuturos quosdam ex illis precipue qui magis apparere uolunt quã esse sapientes (refferente philosopho) qui cum nihil boni peragant: & more pecudum uitam sub silentio transcurrant (ut inquit Salustius) studiosis tamen detrahere non desistunt. qui me philomosum & non medius fidius Philotimũ forte subgillabunt. morsicabuntq;. & sepicule cauillabuntur. non animaduertẽtes q etiam male scribentibus gratia debetur saltem ut alios incitent. dicentq;. tractent fabrilia fabri. Quid tibi cum theologorum munere sacrarũq; litterarũ paginis: cum

Terẽtianus. Sannio.

Persius. Beda.

Nõ indocti nec iberbes debẽt esse pfessores.

Sine laurentio & antõio claudicaret sermo latin9

Philosophus. Salustius.

Male scribẽtibus gratia debetur.

non Ciceronis facundia corusces: non demosthenis uehementia insurgas: non uergiliana uirtute triumphes: non aristotelico acumine curras non deniq; pliniano flore nitescas? Hos mitissime præsul tuo fauore ueluti obstriligatores atq; ut ita inquam uitilitigatores cũ sua ignorantia relinquere satius erat. neq; enim (ut basilius est testis) digni sunt de quibus uerba fierent respondendo. quandoquidem ego sacre scripture sensus obstrusos nõ inuestigo: nec recõditos eos perscrutor. quod theologorum est. cętera uero facere potius mea quam theologorum interest. aut hec si nolint meliora ipsi feriati cudant: eliment: edant: & laudabimus ea. sinant me interea meo uiuere more: modoq;. Ego quidem is sum qui hanc loci temporisq; inter capedinem quam pro uiriũ restaurandarum ratione aliquando nanciscor: fraudando genium (dũtaxat ut aliis prosim) in labore potius consumere mallim: quã in ocio. Ad laborãdum namq; irrequietos homines ut poeta ille aiebat natos esse autumo: ueluti aues ad uolandum: & equos ad currẽdum. ut apud patientissimum Iob & Quintilianum uidere est. Proinde cordate integerrimeq; presul ut eo unde digressa est redigã orationẽ: accipias nunc leta fronte (ut soles) has ingenioli mei fruges in opere alieno: quas tuo felici nomini sum ausus dedicare. non ut te aliquo insigni preconio decorent. sed ut ipse potius tuo numine illustratę aliquam apud alios auctoritatem comparent. Non enim me preterit ꝙ antiquorum illa forent opera tanto nomine digna: quorum singularem dicendi facundiam tua diuina illa integritas expostulat. de qua nullę gentes: nulle litterę: nulla deniq; tempora conticescent. Ego tamen interim dum illorũ uestigia sequor: memoriam tuorum beneficiorum colam beniuolentia sempiterna. Subleuasti quippe me (ut omnia alia omittam beneficia) in cathedrariũ hispalitanę huius tuę florẽtissime academię: quod unum instar multorum habet: cuius monumenta non modo dum anima exuperabo mea: uerum enimuero ut mãtuanus Homerus scribit. Cum frigida mors anima seduxerit artus in me mortuo permanebũt. Quod tibi in referenda gratia repromitto: sempq; prestabo. Vale igitur fausstiter meq; clientulum tuum tibi mancipatũ diligere non dedigneris: qui te ueneror. & colo. Iterum uale & uiue diutissime presul optime. Hispali quarto nonarum septembrium. Anno. M. D. XIIII.

Basilius.

Homines ad laborandum nati sunt.

Iob.

Quintilian⁹

Mãtuanus homerus.

Homilia & non homelia dicendum.

Homilia penul. cor. colloquium est uel sermo ad populum ab homilo uerbo gręco quod est sermocinor latine & cum aspiratione in principio & cum. i. latino ante. l. unicum & non cum. e. scribẽdum esse autumo secundum ueram & antiquam orthographiam quã & Hieronymus ad Heraclium seruat. & Aldus manutius pius in homiliis ueteris testamenti. cuiq; etiam Ioannes tortelius & Ambrosius cale

Hieronym⁹. Aldus manutius. Tortelius.

pinus non utiq; contemnendus: necnon & Antonius nebrissensis hispanorum doctissimus astipulantur. Quorum ductu atq; auspiciis non uerebor decetero homiliam dicere cum neotericis. qui eo perspicatiores sunt: quo iuniores ut merito utendum sit uerbis presentibus: moribus autem antiquis. ut sentit Aulus gelius. Cortelius Calepinus. Nebrissensis Gelius

Segmentum.

SEgmenta proprie sunt segmina: idest sectiones a secando quasi secamenta & ramenta. c. in. g. mutata ut ait Laurentius: ut a fingo figmentum. a stringo strigmentum. Hispane pedaco cortado in qua significatione sumitur hic. quod ex Plinio intelligi potest: cũ secandorum marmorum rationem afferẽs ait libro. xxxvi. Crassior arena laxioribus segmentis terit & plus erodit marmoris. Hieronymus. Segmenta eboris in uarias medelas assumuntur. Partes etiam & membra mundi in quę uniuersa terra digeritur segmẽta dicuntur que greci paralellos appellant. Plinius libro. vi. Plura inquit sunt segmẽta mundi principium habet in die pars &c. Segmẽta etiam dicuntur ornamentum colli quod monile uocatur quod fit ex bracteolis argẽteis aureisue Vale. maxi. datum est mulieribus ut segmẽta aurea gestarent. Iuuenalis. Segmẽta & longos habitus & flammea sumit. Laurentius Plinius. Hieronimus Plinius Ualeriusmaximus. Juuenalis.

Euangelium.

EStenim euangelium christi & apostolorum predicatio nunciat quidem uitam post mortem: requiem post laborem: regnũ post seruitium. & dicitur ab eu quod est bonũ & aggelos gręce quod est nũcius quasi bonus nuncius. siue bona nunciatio. quod probat. Eusebius libro primo de preparatione euangelica his uerbis dicẽs. Euangelium igitur dicimus quod eternorum atq; incorruptibilium bonorum: que certe supprema & maxima sunt & ex antiquissimis predicta tẽporibus nuper uero splẽdore sui orbem illustrantia cunctis hominibus nunciat quod nõ cecas caducasq; huius seculi diuitias nec breuẽ hanc calamitosamq; uitam nec instabilia corporis commoda: sed animarum que intellectualis substantie sunt: a quibus etiam corporum bona quasi umbra consequẽtia dependent summam propriamq; nobis affert felicitatem. cuius quasi caput religio nostra est. &c. Esebius

EIVSDEM EPIGRAMMA PHALEVticum ad beatum gregorium papam huius nominis primũ.

Salue pontificum dei uerende.
Iudex undiq; gloria probata:
Doctorum decus: omniumq; norma
Iustorum gregori: gregisq; christi
Pastor. qui miseros pie sue scis
Seruare. expetimus uelis rogantes
Audire: atq; molesta damna seruis
Culparum procul a tuis mouere.
Peccata impediunt pium iuuamen
Ad nos q̧ ueniat dei potentis.
Intercede precamur aduocatus:
Nos ne cum reprobis premat redemptor:
Languentum stomacho feras salutem:
Infirmos recreans nimis benigne.
Te expertum medicum graui dolore:
Fas est auxilium refferre morbis.
Iuste si petimus: dato petitum.
Dilectus fueras prius: modoq;
Gratus: pro meritis amicus illi:
Qui celi dominus. cui gerendo
Vitam seruieras senex puerq;:
Sanctis moribus imbuendo cunctos.
Letus nam merito tenes olimpi
Partem cum superis: ubi peremnis
Sanctorum requies deo fruendo.
Quem tu nos facias timore nullo
Post mortem aspicere: ut canam⁹ omnes
Nato: cum genitore gloriam. uel
Sancto spiritui. simul tibiq;
Laudes innumeras recantitemus.
Amen.

Telos.

SEGMENTA EX QVATTVOR

Euangelistis excerpta fœliciter incipiuntur. que diebus dominicis in re diuina per annum cantantur: cum homiliis diuersorum authorum nu per recognitis: & accuratissime emmendatis: ad integritatemq; restitu tis: ac sacre scripture locis in marginibus annotatis: per Bacchalarium Petrum nuñez delgado presbyterum.

Segmentum ex euãgelio Luce cap. xxi. littera. e. quod canitur dominica prima aduentus. hoc predixit iesus anno eius. xxxiii. xi. kl's aprilis. Feria. iiii.

IN illo tpe. D. i. d. s. Erunt signa in sole & luna & stellis & in terris p̃ssura gentiũ pre cõfusione sonitus maris & fluctuũ arescentib⁹ hoĩbus pre timore & expectatiõe q̃ supueniẽt uniuerso orbi. Nã uirtutes celoꝝ mouebũtur. Et tũc uidebunt filiũ hoĩs uenientẽ in nube cũ potestate magna & maiestate. His aũt fieri incipientib⁹ respici te & leuate capita uestra qm̃ appropiquat redẽptio uestra. Et dixit illis si militudinẽ. Videte ficulneã & oẽs arbores cũ ꝓducunt iã ex se fructũ: scitis qm̃ prope est estas. Ita & uos cũ uideritis hęc fieri scitote qm̃ ꝓpe est regnum dei. Amẽ dico uobis quia nõ p̃teribit generatio hæc donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba aũt mea nõ trãsibunt.

Ficulnea nõ ẽ latine sed ficus. Celũ & terra transibũt grece est trãsibit. placet text⁹ iste nec nõ & seq̃ntiũ euãgelioꝝ eisdemq; suffragioꝝ. tñ laurenti⁹ uallensis in adnotatiõibus noui testamẽti declarat interpretem in multis a forma greca deuiasse q̃ poterãt latinius representari vt infra patebit ĩ quibusdã qui nos lectorũ causa hic inseruimus. sapiẽtẽ vt aiunt ĩ uiam ponẽtes. Marc. xiii. b

Homilia beati gregorii papæ de eadẽ lectione habita ad po-populum in basilica sancti petri apostoli. Dñica. ii. aduẽtus dñi.

DOminus ac redemptor nr̃ paratos nos ĩuenire desiderãs se-nescentẽ mundũ q̃ mala sequãtur denunciat: ut nos ab eius amore cõpescat. Appropinquãte eius termino quãte pcus-siões ꝓueniãt innotescit: ut si deũ metuere in tranq̃litate no-lumus: uicinũ eius iudicium uel pcussionib⁹ attriti timeam⁹. Huic ete-ni lectioni sancti euangelii quã modo uestra fraternitas audiuit: paulo supius dñs p̃misit dicens. Surget gens cõtra gentẽ: & regnũ aduersus regnum: & erunt terremot⁹ magni p loca: & pestilentię: & fames: & q busdã interpositis: hoc qđ modo audistis adiunxit. (Erũt signa ĩ sole & luna & stellis & in terris pressura gentium pre cõfusione sonitus maris & fluctuũ.) Ex q̃bus ꝑfecto oĩbus alia iã facta cernim⁹ alia e proximo uentura formidamus. Nã gentẽ sup gentem exurgere: earũq; p̃ssuram terris insistere: plus iã in nr̃is tpibus q̃ in codicib⁹ legimus. Quod terre motus urbes innumeras subruat: ex aliis mũdi partibus scitis: q̃ frequẽ ter audiuimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa uero in sole & luna & stellis adhuc aperte minime uidemus: sed quia & hæc nõ lõ-ge sint: ex ipsa iam aeris immutatione colligim⁹. Quãuis priusq̃ italia gentili gladio ferienda traderetur: igneas in celo uidimus acies: ipsum qui postea humani generis fusus est sanguinem coruscantes. Cõfusio

Italie perfectio signis ostensa fuit.

aũt maris & fluctuũ necdũ noua exorta est. Sed cũ multa iã pnũciata cõ
pleta sint: dubiũ nõ est qđ sequãtur etiã pauca q̃ restãt: quia sequẽtiũ re
rũ certitudo est pteritarũ exhibitio. Hec fratres charissimi icc irco dixi
m⁹: ut ad cautele studiũ uestre mẽtes euigilẽt: ne securitate torpeãt: ne
ignorãtia lãguescãt: sed semp eas & timor sollicitet: & in bono ope sol
licitudo cõfirmet: pẽsantes hoc quod redẽptoris nr̃i uoce subiũgit. (A
rescẽtibus hoĩbus pre timore & expectatiõe q̃ supueniẽt uniuerso orbi.
Nã uirtutes celoꝝ mouebũtur.) Quid eñ uirtutes cęloꝝ nisi angelos:
archãgelos: thronos: dñationes: principatus: & potestates appellat? q̃
in aduẽtu districti iudicis nr̃is tũc oculis uisibiliter apparebũt: ut distri
cte tunc a nobis exigant hoc quod modo inuisibilis cõditor ęquanimi
ter portat. Vbi & subditur. (Et tũc uidebũt filiũ hoĩs uenientẽ in nubi
bus in potestate magna & maiestate) ac si apte diceret: in potestate ma
gna & maiestate uisuri sunt. quẽ in humilitate positũ audire noluerũt:
ut uirtutẽ eius tanto tũc districtius sentiãt quãto nũc ceruicẽ cordis ad
eius patientiã non inclinant. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt
mox ad electoꝝ cõsolationem uerba uertuntur. Nã subditur. (his aũt
fieri incipientibus: respicite & leuate capita uestra: quoniam appropin
quat redẽptio uestra.) Ac si apte ueritas discipulos suos ammoneat di
cens. Cũ plagæ mũdi crebrescũt. Cũ terror iudicii uirtutibus commo
tis ostendit: leuate uos capita. i. exhylarate corda uestra: quia dum fini
tur mũdus cuius amici nõ estis: prope fit redẽptio quã q̃sistis. In scriptu
ra eteni sacra sepæ caput p mente accipitur. quia sicut capite reguntur
mẽbra: ita cogitatiões mente disponũtur. Leuare itaq; capita: est men
tes nr̃as ad gaudia patriæ celestis erigere. Qui ergo deũ diligũt ex fine
mũdi gaudere atq; hylarescere iubent: quia uidelicet eũ quẽ amãt mox
inueniũt: dũ trãsitis quẽ nõ amauerunt. Absit enim ut fidelis quisq; qui
deũ uidere desiderat: de mũdi pcussionibus lugeat. quẽ finire eisdẽ suis
pcussionibus nõ ignorat scriptũ nãq; est. quicũq; uoluerit amicus esse
huius seculi: inimicus dei cõstituitur. Qui ergo appropinquãte mundi
fine nõ gaudet: amicum se illius esse testatur: ac p hoc inimicus dei esse
cõuincitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus: absit ab his qui & esse ali
am uitã p fidẽ credũt: & eã per operationẽ diligũt. Ex mundi eñ destru
ctione lugere eorũ est: qui radices cordis in eius amore plantauerunt: q
sequentẽ uitam nõ credunt qui eam nec esse suspicantur. Nos aũt q cę
lestis patriæ gaudia ęterna cognouimus: festinare ad ea quãtotius de
bemus. Optandum nobis est citius pergere: atq; ad illam uia breuiore
peruenire. Quibus enim malis non mundus urgetur? Quæ nos tristi
tia: quæ aduersitas nõ angustat? Quid est uita mortalis nisi uia? Et q̃le
sit fratres mei perpendite in labore uiæ lacessere: & tñ eadẽ uiam nolle
finiri? Quod autem calcari mundus ac despici debeat: redẽptor nr̃ pro

Seq̃ntiũ rerũ certitudo est pteritarũ exhibitio.

Virtutes celoꝝ q̃ dicũt.

Caput p mente sepe ponit

Jacob. iiij. b

Vita mortalis via est.

uida cõparatione manifestat: cum ꝓtinus adiũgit. (Videte ficulneã & oẽs arbores cũ ꝓducũt iam ex se fructũ: scitis qm̃ ꝓpe est estas. ita & uos cũ uideritis hæc fieri: scitote qm̃ ꝓpe est regnum dei) ac si apte dicat. Sicut ex fructu arboꝝ uicina estas agnoscit̃: ita ex ruina mũdi ꝓpe esse cognoscit̃ regnũ dei. Quib⁹ uerbis ostẽdit̃: qa fructus mũdi ruina est. Ad hoc em̃ crescit ut cadat. ad hoc germinat ut queqꝫ germinauerit cladibus consumat. Bene aũt regnũ dei æstati cõparat̃: qa tunc meroris nr̃i nubila transeunt & uitę dies eterni solis claritate fulgescunt. q̃ oĩa sub magna certitudine cõfirmant̃ cũ dicit̃. (Amẽ dico uobis non p̃teribit gñatio hæc donec oĩa fiant. celũ & terra transibunt: uerba aũt mea nõ transibunt.) Nihil in rerũ corporaliũ natura celo & terra durabili⁹. & nihil in rerũ natura tã uelociter q̃ sermo transit. Verba em̃ quousqꝫ ipfecta sunt: uerba nõ sunt. Cũ uero pfecta fuerint: oĩno iam nõ sunt: qa nec pfici nisi transeundo possunt. Ait ergo celũ & terra trãsibũt: uerba aũt mea nõ trãsient. ac si dicat. Oẽ qđ apud uos durabile est sine mutatione: ad æternitatẽ durabile nõ est. & om̃e quod apud me trãsire cernitur fixũ & sine transitu tenet̃. quia sine mutabilitate manẽtes sentencias exprimit meus sermo q transit. Ecce fratres iã cernim⁹ quod audiebamus nobis cotidie & crebrescẽtibus malis mũdus urget̃. ex illa plebe inumera quanti remãseritis aspicitis. & tñ adhuc cotidie flagella urgẽt. repentini casus opprimũt. nouæ nos & ĩprouisæ clades affligũt. Sicut em̃ in iuuentute uiget corpus: forte & incolume manet pectus: torosa ceruix: plena sunt brachia. inannis autẽ senilibus statura curuatur ceruix exsiccata deponitur: frequentibus suspiris pectus urgetur. uirt⁹ deficit loquentis uerba anhelitus intercidit. Nam & si lãguor desit plerumqꝫ senibus ipsa tantum sua salus ægritudo est. Ita mundus in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit. ad propagãdum humani generis prolẽ robustus fuit. salute corpoꝝ uiridis. opulentia rerum pinguis. At nunc ipsa senectute sua deprimitur: & quasi ad uicinam mortẽ molestiis crebrescentibus urgetur. Nolite ergo fratres diligere quem uidetis diu stare nõ posse. precepta apl̃i in animo ponite: quibus nos admonet dicens. Nolite diligere mũdum neqꝫ ea q̃ in mundo sunt. Quia si qs diligit mundũ: nõ est charitas patris in eo. Nudius tertius fratres agnouistis quod subito turbine annosa arbusta eruta: destructe domus: ecclesiæ a fundamentis euersæ sunt. Quanti ad uesperũ sani atqꝫ incolumes acturos se incrastinum aliquid putabant: & tñ nocte eadem repentina morte defuncti sunt: in laqueo ruinæ deprehensi. Sed considerandum nobis est quod ad hæc agenda inuisibilis iudex uenti tenuissimi spiritũ mouit. unius procellã nubis excitauit. & terram subruit. casura tot edificioꝝ fundamẽta concussit. Quid ergo iudex iste facturus est: cũ p semetipsum uenerit & in ultionẽ peccatorum ira eius exarserit: si portari

Fructus mũdi ruina est.

Luce. xxi.

Sententie xp̃i sunt manentes.

Senum salꝰ egritudo est.

I. Joã. ca. ii. c Diligere mũdũ periculosum est.

Ad hebreos. .x. non põt: cum pertenuissimam nubẽ ferit? In ire eius presentia quę caro subsistet? si uentum mouit & terrã subruit: cõcitauit aera & tot ędificia strauit? Hanc districtionẽ uẽturi iudicis paulus cõsiderans ait. Horrendũ est incidere in manus dei uiuẽtis: hinc psalmista ait. Deus manifeste

Psal. xlix. uenict deus noster & nõ silebit. ignis in cõspectu eius ardebit. & in circuitu eius tẽpestas ualida districtionẽ quippe tãtę iusticie tẽpestas ignisq́ comitantur: quia tẽpestas examinat quos ignis exurat. Illũ ergo diẽ ante oculos ponite: & quicquid modo graue creditur: in eius cõparatione leuigatur. De illo enim die p prophetã dicitur. Iuxta est dies dñi magnus iuxta & uelox nimis. Vox diei dñi amara ualde. tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies ille. dies tribulationis & angustię. dies calamitatis & miserie dies tenebrarũ & caliginis. dies nebule & turbinis. dies tube & clãgoris. De hac die dñs iterũ per prophetã dicit. Adhuc unum modicũ & ego mouebo nõ solũ terrã: sed etiam celum. Ecce ut diximus aerẽ mouit: & terrã subruit. quis ergo ferat cum celos mouerit? Quid autẽ terrores quos cernimus nisi sequẽtis ire precones dixerim? Vnde cõsiderare necesse est: quia ab illa tribulatiõe ultima tantũ sunt tribulatiões iste dissimiles quantũ a potẽtia iudicis psona pconis distat. Illũ ergo diẽ tota intentiõe cogitate: uitam corrigite: mores mutate mala tẽtamina resistẽdo uincite. ppetrata aũt flectibus punite. Aduẽtum namq́ eterni iudicis tanto securiores quandoq́ uidebitis: quanto nunc districtionẽ eius timendo preuenitis.

(Margin: Iudicij dies semper ante oculos ponẽdus est. / Sopho. i. d / Aggei. ij. b / Terrores presentes sunt p̄cones ire sequentis)

¶ Segmẽtum ex euangelio Matthei capite. xi. A. quod canitur dominica. ii. aduẽtus. hoc predixit iesus anno eius. xxxi. idus decembris feria. vi.

IN illo tempore. Cum audisset ioannes in uinculis opera christi mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus es: an alium expectamus. Et respondens iesus ait illis. Euntes renunciate ioanni que audistis & uidistis. Ceci uident. Claudi ambulant. Leprosi mundantur. Surdi audiunt. Mortui resurgunt. Pauperes euangelizantur: & beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me. Illis autẽ abeũtibus cepit iesus dicere ad turbas de ioanne. Quid existis in desertũ uidere? Harundinẽ uento agitatã? Sed quid existis uidere? Hominẽ mollibus uestitũ? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? prophetam? etiam dico uobis & plusq̃ prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te.

(Margin: Audistis & uidistis: multo vberioris ẽ sensus auditis & videtis s̄m laurẽtiũ in p̄senti quã in preterito / Uento agi. lau. grece est que vẽto agitat. Et ecce mollia ferentes in do. &c. / Malach. 3. a / Marci. j. a)

¶ Homilia beati gregorii pape de eadem lectione. Habita ad populum in basilica sanctorũ marcellini & petri: die natalis eorum dominica tertia aduentus.

Queredum nobis est fratres charissimi. ioannes propheta & plusq̄ propheta: qui ueniente ad iordanis baptisma dominū ostēdit dicēs. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi: qui & humilitatē suā & diuinitatis eius potētiā cōsiderans ait Qui de terra est: de terra loquitur: q aūt de celo uenit super oēs est. cur in carcere positus reqrit? (Tu es q uēturus an aliū expectamus?) Tanq̄ si ignoret quē ostēderat: & an ipe sit nesciat: quē ipm esse baptizādo prophetādo & ondendo clamauerat: sed hec citius questio soluitur: si geste rei tēpus & ordo pēsatur. ad iordanis eni fluēta positus qa ipe redēptor mūdi esset asseruit. missus uero in carcerē an ipe ueniat requirit. Nō qa ipm eē mūdi redēptorē dubitet: sed querit ut sciat si is qui per se in mūdū uenerat: per se etiā ad inferni claustra descēdat: quē eni pcurrēs nascendo mūdo nūciauerat: hūc moriēdo & ad inferos precurrebat. ait ergo (Tu es q uētur⁹ es: an aliū expectamus) ac si apte dicat. Sicut p hoibus nasci dignatus es: an ēt p hoib⁹ mori digneris insinua: ut qui natiuitatis tue pcursor extiti: mortis ēt pcursor fiā: & uēturū inferno te nunciē quem iā uenisse mūdo enūciaui. Vnde & inquisitus dñs enumeratis potentie sue miraculis de mortis sue humilitate protinus respōdit dicens. (Ceci uidēt: claudi ābulāt: leprosi mūdātur: surdi audiūt: mortui resurgūt: paupes euāgelizātur: & btūs est q nō fuerit scādalizatus in me.) Visis tot signis tātisq̄ uirtutib⁹ nō scādalizari potuit qsq̄ sed mirari. Sed infideliū mēs graue i illo scādalū ptulit: cū eū post tot miracula morientē uidit. Vnde & paulus dicit. Nos autem predicamus xp̄m crucifixum iudeis quidem scandalum: gentibus aūt stulticiam. Stultum quippe hominibus uisum est ut pro hominibus auctor uite moreretur. & inde cōtra eū hō scādalū sumpsit: unde ei pl⁹ debitor fieri ut honoraretur debuit. Nā tāto deus ab hoibus dignius honorādus esset: quāto p hoib⁹ indigna suscepit. Quid est ergo dicere (btūs est q nō fuerit scādalizatus in me) nisi apta uoce abiectionē mortis scire. hūilitatēq̄ signare? Ac si patēter dicat mira qdē facio sed abiecta ppeti nō dedignor. Quia ergo moriēdo te subsequor cauendū est hoib⁹ ne in me mortē despiciāt q signa uenerātur sed dimissis ioānis discipulis: qd de eodem ioāne turbis dicat audiam⁹ (Quid existis i desertū uidere arūdinē uēto agitatā?) Quid uidelicet nō asserēdo sed negādo itulit arūdinem qppe mox ut aura cōtingerit in ptem alterā flectit. Et qd p arūdinem nisi carnalis animus exprimitur? qui mox ut fauore uel detractiōe tāgitur: in ptem quālibet inclinatur? Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit: hylarescit: extollitur: totumq̄ se ad gratiam inflectit. sed si inde uentus detractionis erupit: unde laudis aura ueniebat: mox hūc q̄si in ptem alteram ad uim furoris inclinat. sed arūdo uento agitata ioānes nō erat: quia hūc nec blandū gratia: nec cuiuslibet ira asperū faciebat. nec pspera hunc

Joan. i. a.

Joan. iii. d

Mat. xi.

Joānes baptista dubitauit an ad iferos xp̄s descēderet.

i. Corin. i. d

Carnalis animus per arūdinē designatur.

erigere: nec aduersa nouerant inclinare. arūdo uēto agitata ioānes nō erat: quē ab status sui rectitudine nulla rerum uarietas inflectebat. Discamus igitur fratres arundo uento agitata non esse. Solidemus animū inter auras linguarū positū. stet inflexibilis status mētis. Nulla nos detractio ad irā prouocet. atq; ad remissionē inutilis gratię nullus fauor inclinet. Nō nos prospera eleuēt: nō aduersa perturbent: ut qui in soliditate fidei figimur nequaq̄ rerū trāseuntiū mutabilitate moueamur. Ad huc aūt de eius expressione subiūgitur. (Sed quid existis uidere in desertū hoiem mollibus uestitū? Ecce qui mollibus uestiūtur in domibus regū sunt.) Camelorū etēm pilis contextis uestibus ioannes describitur fuisse. Et quid est dicere. Ecce qui mollibus uestiūtur in domibus regū sunt: nisi aperta sentētia demōstrare: quia nō celesti sed terreno regno militant hi qui pro deo perpeti aspa fugiūt: & solis exterioribus dediti presentis uite molliciē & delectationē quęrunt? Nemo ergo eximet influxu atq; studio preciosarū uestium peccatū de esse: quia si hoc culpa nō esset nullo modo ioannē dn̄s de uestimēti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa nō esset: nequaq̄ petrus apostolus per epistolā suā feminas a preciosarū uestiū appetitu cōpesceret dicens. Non in ueste preciosa. Pēsate ergo que culpa sit hoc etiā uiros appetere: a quo curauit pastor ecclesię & feminas ꝓhibere. Quāuis hoc quod ioānes nō esse uestitus mollibus dicitur: p significationē intelligi & aliter pōt. Mollibus eīn uestitus nō fuit quia uitā peccātiū non blandimētis fouit: sed rigore asperę inuectionis increpauit dicēs. Genimina uiperarū quis uobis demōstrauit fugere a uētura ira? Vnde p salomonē dicitur. Verba sapiētiū quasi stimuli: & sicut claui in altū defixi. Clauis quippe atq; stimulis sapientiū uerba cōparātur: quia culpas delinquētium nesciūt palpare sed pungere. (Sed quid existis uidere in desertū prophetā? Etiā dico uobis & plusq̄ prophetā.) Prophete quippe ministeriū est uētura predicere: non etiam demōstrare. Ioānes uero plusq̄ propheta est: quia eum quē precurrēdo phophetauerat etiam ostēdendo mōstrabat. Sed quia arūdo uēto agitata esse denegatur: quia non esse mollibus uestitus dicitur: quia ꝓphete nomē huic impar esse phibetur: iam quid digne dici possit audiam⁹. Sequitur (hic est de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit uiam tuam ante te.) Quod enim grēce angelus hoc latine nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum iudicem mittitur: angelus uocatur: ut dignitatem seruet in nomine: quam explet in operatione. Altum quidem nomen est: sed uita nomine inferior non est. Vtinam fratres non ad iudicium nostrum dicamus. quia omnes qui sacerdotii nomine censentur angeli uocantur. propheta testante qui ait. Labia sacerdotis custodiunt sciēciam: & legē requirūt ex ore eius: quia angelus dn̄i excercituū est. Sed hui⁹ altitudi-

Nō debem⁹ ēē arūdo agitata vento.

Uestib⁹ ꝓciosis vti peccatum est.

i. Thim. ij. c.

Math. iij. b. Luce. iij. b. Eccle. xij. d.

Angel⁹ grece nūcius latine.

Mala. ij. b. Sacerdos q̄libet angel⁹ dicitur.

nem nominis etiam uos si uultis potestis promereri. Nã unusquisq; ue-
strũ in tantũ sufficit in quantũ grãm superne aspiratiõis accepit: si a pra
uitate proximũ reuocat: si exhortari ad bene operãdũ curat si eternũ re
gnum supliciũ ue errãti denũtiat: cũ uerba sancte annũciationis impẽ-
dit: profecto angelus existit. Et nemo dicat. ammonere nõ sufficio: ex-
hortari idoneus nõ sum. Quãtũ potest exhibe: ne male seruatũ talẽtũ
quod accepas in tormẽtis exigaris. Neq; enĩ plusq̃ unũ talẽtum accepe
rat: qui hoc abscõdere magis studuit: q̃ erogare. Et scimus quoniã in ta
bernaculo nõ solum phiale: sed prçcipiẽte dño etiã cyati facti sunt. Per
phialas qppe doctrina exuberãs: p cyatos uero pua atq; angusta sciẽtia
designatur. Alius doctrina ueritatis plen⁹ audiẽtiũ mẽtes inebriat. Per
hoc ergo quod dicit: pfecto phialã porrigit. Alius explere quod sentit
nõ ualet sed quia hoc utcũq; denũciat: pfecto pcyatum potũ prebet. In
dei ergo tabernaculo. i. in sancta ecclesia positi: si p doctrinç sapientiã
ministrare phialas nõ potestis: in quantũ p diuina largitate sufficitis: p
ximis uestris boni uerbi cyatos date. Inquantũ uos profecisse pensatis
etiã uobiscũ alios trahite: in uia dei socios habere desiderate. Si quis ue
strũ fratres ad forũ aut fortasse ad balneũ pergit: quẽ ociosum eẽ consi
derat: ut secũ ueniat inuitat. Ipsa ergo terrena actio uos uestra conue-
niat. & si ad deum tẽditis: curate ne ad eum soli ueniatis. Hinc enĩ scrip
tum est. Qui audit dicat ueni. Vt qui iã in corde uocẽ supni amoris ac
cepit: foris proximis uocẽ exhortationis reddat. & fortasse panẽ ut indi
genti elemosinam porrigat nõ habet. Sed maius est quod tribuere ua-
let qui linguã habet: plus est enĩ uerbi pabulo uicturã imppetuum men
tem reficere quã uentrẽ moriturç carnis terreno pane saciare. Nolite er
go fratres proximis uestris elemosinam uerbi subtraere: mecũ uos am-
moneo ab ocioso sermone parcamus: inutiliter loqui declinemus. In
quantũ retinere linguã pualemus: in uẽtum uerba nõ defluant cum iu
dex dicat. Omne uerbũ ociosum quod locuti fuerint homines: reddẽt
rationẽ de eo in die iudicii. Ociosum uerbũ quippe est quod aut utilita
te rectitudinis aut ratione iuste necessitatis caret. Ociosa ergo collo-
quia ad edificationis studium uertite. Quam celerrime huius uitç tẽpo
ra fugiant cõsiderate: quam districtus iudex ueniat attẽdite. Hunc ante
oculos cordis ponite: hunc pximoꝝ uestrorũ mẽtibus intimate: ut in-
quantum uires suppetunt si annunciare eum non negligitis: uocari an
geli ab eo cum ioanne ualeatis.

Unusquisq; tenetur erogare talẽtum.

Apocalip. xxii d.

Doctrina alimento corporis anteferenda est.

Mat. xii. c.

Uerbũ ociosum quale est

℄ Segmentum ex euangelio ioannis capite. i. b. quod cani-
tur dominica. iii. aduentus. historia huius euangelii facta est
anno christi. xxxi. xvii. kl's. maii. feria. iiii.

IN illõ tpe. Miserunt iudei ad hierosolymis sacerdotes & leuitas ad
ioannẽ: ut interrogarent eũ. Tu qs es? & cõfessus est: & nõ negauit:

& confessus est: quia nõ sum ego xp̃s. Et interrogauerũt eũ: qd ergo?
Helias es tu? Et dixit nõ sum. Propheta es tu? Et respõdit nõ. Dixerunt
ergo ei. Quis es? ut respõsum demus eis qui miserunt nos. Quid dicis
de teipso? Ait. Ego uox clamãtis in deserto: dirigite uiam dñi sicut dixit
Esaie.xl.a Esaias ꝓpheta. Et quid missi fuerãt erant ex phariseis: & interrogaue-
Ipse est qui runt eũ & dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es xp̃s: neq; helias:
post &c. neq; ꝓpheta? Respõdit eis ioãnes dicens. Ego baptizo in aqua. Medius
Aliter in an aũt uestrũ stetit quẽ uos nescitis. Ipse est qui post me uẽturus est: qui ante
notationib⁹ me factus est: cui⁹ ego nõ sum dignus ut soluã corrigiã calciamẽti. Hęc
legit valla.s. in bethania facta sunt trãs iordanẽ ubi erat ioãnes baptizãs. Et reliqua.
Ipse est qui
post me veni
ens ante me
genitus est

Homilia beati gregorii pape de eadem lectione.
Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli.
Dominica. iiii. aduentus.

EX huius nobis lectionis uerbis fratres charissimi ioannis humi
litas cõmendatur. Qui cum tante uirtutis esset ut christus cre-
di potuisset: elegit solide subsistere in se: ne humana opinione
raperetur inaniter super se. (Nam cõfessus est: & non negauit.
Confessus quia non sum ego christus.) Sed quia dixit nõ sum: negauit
plane quod nõ erat: sed nõ negauit quod erat. Ut ueritatẽ loquens ei⁹
mẽbrum fieret: cuius sibi nomẽ fallaciter non usurparet. Cũ ergo non
uult appetere nomẽ xp̄i: factus est mẽbrum xp̄i. quia dũ infirmitatẽ suã
studuit humiliter agnoscere: illius celsitudinẽ meruit ueraciter obtine-
re. Sed cũ ex lectione alia redẽptoris nostri sentẽtia ad mentẽ reducitur
Mat.xvij.b. ex huius nobis lectionis uerbis questio ualde ĩplexa generatur. Alio qp
pe in loco inquisitus dñs a discipulis de helie aduentu respondit. Helias
iã uenit & nõ cognouerũt eũ: sed fecerunt in eũ quęcũq; uoluerunt. Et
si uultis scire ioãnes ipse est helias. requisitus aũt ioannes dicit (non sum
helias.) Quid est hoc fratres charissimi: quia quod ueritas affirmat:
hoc propheta ueritatis negat? Ualde nãq; inter se diuersa sunt: ĩpe est &
Luce.j.b. non sum. Quomodo ergo propheta ueritatis est: si eiusdẽ ueritatis ser
monibus concors nõ est? Sed si subtiliter ueritas ipsa requiratur: hoc qđ
inter se cõtrarium sonuit: quomodo cõtrarium nõ sit inuenitur. Ad za
Ioãnes bap chariã nãq; de ioannis ꝓmissione angelus dicit. Ipse p̃cedet ante eũ in
tista i qbus spiritu & uirtute helie. Qui iccirco uenturus in spũ & uirtute helię dici-
est imitatus tur: quia sicut helias secundũ dñi aduentũ pręueniet: ita ioannes preue-
heliam. nit primum. Sicut ille pręcursor uẽturus est iudicis: ita iste precursor fa
ctus est redẽptoris. Ioannes igitur in spiritu helias erat: in pſona helias
non erat. Quod ergo dñs fatetur de spũ: hoc ioãnes denegat de pſona
quia iustũ sic erat: ut & discipulis dñs de ioanne spũalem sententiam di
ceret & ioãnes idem turbis carnalibus nõ de suo spũ sed de corpore res-
ponderet. Cõtrarium ergo ueritati uidetur esse quod ioannes sonuit.

ſed tamē ueritatis tramite non receſſit: quicumſe etiam ꝓphetam ne-
gat: quia uidelicet non ſolum poterat redēptorē ꝑdicare ſed etiam de-
mōſtrare: quiſnam ſit uero cōtinuo exprimit: cū ſubiungit. (Ego uox
clamantis in deſerto.) Scitis fratres: quia unigenit⁹ filius uerbū patris — i. Joā. i. a
uocatur ioāne atteſtante qui ait. In principio erat uerbū & uerbū erat
apud deū: & de⁹ erat uerbū. Et ex ipſa uřa locutione cognoſcitis: quia
prius uox ſonat: ut uerbum poſt modū poſſit audiri. Ioānis ergo uocē — Joānes baptiſta q̄re dictus eſt vox
ſe eſſe aſſerit: quia uerbū precedit. Aduētum itaq̧ dñicum ꝑcurrēs uox
dicitur: quia ꝑ ei⁹ miniſterium patris uerbū ab oībus auditur. Qui etiā
in deſerto clamat. Quia derelicte ac diſtitute iudee ſolatiū redēptoris
annūciat. Quid autē clamet inſinuat cū ſubiungit. (Dirigite uiā dñi ſi
cut dicit eſaias ꝓpheta.) Via dñi ad cor dirigitur cū ueritatis ſermo hu
militer auditur. & ad eius ꝑceptum uita ꝑparatur. Vnde ſcriptum eſt. — Joānis. xiiii. c.
Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit: & pater meus diliget eū: & ad
eū ueniemus & māſionē apud eū faciemus. Quiſquis ergo in ſupbiam
mētē eleuat quiſquis auaricie eſtibus anhelat: quiſquis ſe luxarie inqui
nationibus polluit: cordis oſtium cōtra ueritatē claudit. & ne ad ſe dñs — Cordis hoſtiū multi cōtra veritatē claudūt
ueniat: clauſtra animi ſeris uitioꝝ dānat. Sed adhuc q̄ miſi ſūt ꝑcōtātur
(quid ergo baptizas ſi tu nō es xp̄s neq̧ helias neq̧ propheta?) Quod
quia non ſtudio cognoſcēde ueritatis ſed malicia exercēde emulatiōis
dicitur: euangeliſta tacite inotuit cum ſubiunxit.)Et q̄ miſſi fuerant
erant ex phariſeis) ac ſi aparte dicat. Illi ioannē de ſuis actibus requirūt
qui doctrinam neſciūt querere: ſed inuidere. Sed ſanctus quiſq̧ etiā cū
a ꝑuerſa mēte requiritur: a bonitatis ſue ſtudio nō mutatur. Vnde ioan
nes. quoq̧ ad uerba inuide ꝑdicamenta reſpondit uite. Nam protinus
adiūxit. (Ego baptizo in aqua medi⁹ aūt uřm ſtetit quem uos neſcitis)
Ioānes nō ſpū: ſed aqua baptizat: q̄a peccata ſoluere nō ualens corpo- — Baptiſmus ioānis erat ī aqua.
ra baptizatoꝝ aqua lauat: ſed tantū mente ꝑ ueniam non ſanat. Cur er
go baptizat q̄ peccata ꝑ baptiſmum nō relaxat? niſi ut precurſionis ſue
ordinē ſeruans: qui naſcituꝝ naſcendo preuenerat baptizatuꝝ quoq̧
dominum baptizando preueniret. & qui predicando precurſor factus — Baptiȥādo ꝛ predicādo fuit ioānis ꝓcurſor dñi
eſt chriſti: baptizando etiam precurſor eius fieri & imitatione ſacramē-
ti. Qui inter hec miſterium noſtri redemptoris annuncians: hunc in me
dio hominum & ſtetiſſe aſſerit & neſciri: quia per carnem dominus ap
parens & uiſibilis extitit corpore & inuiſibilis maieſtate. De quo etiam
ſubdidit. (qui poſt me uenit ante me factus eſt.) Sic namq̧ dicitur ante
me factus eſt: ac ſi dicatur ante me poſitus: poſt me ergo uenit: quia poſt
modum natus. Ante me autē factus: quia mihi prelatus. Sed hoc pau-
lo ſuperius dicens etiā ꝑlationis eius cauſas aperuit cum ſubiūgit. (quia
prior me erat.) Ac ſi apte dicat. Inde me etiā poſt me nat⁹ ſuperat: quo
eum natiuitatis ſue tp̄a nō anguſtāt. Nā qui ꝑ matrē in tēpore naſcitur

Soluere corrigiã calciamẽti quid significat. Jo.iii.d.

sine matre ante tẽpora est a patre generatus. Cui quantę reuerentię humilitatẽ debeat: subdẽdo manifestat (Cui⁹ nõ sum dign⁹ soluere corrigiã calciamẽti) Mos apud ueteres fuit: ut si quis eã quę sibi cõpeteret accipe uxorẽ nollet: ille ei calciamẽtũ solueret qui ad hãc spõsus iure propinquitatis ueniret. Quid igitur inter homines xp̃s nisi sponsus sancte ecclesię apparuit? De quo & ipse ioãnes dicit. qui habet sponsam sponsus est. Sed q̃a ioãnẽ homines xp̃m esse putauerũt: qđ idẽ ioãnes negat recte se indignũ esse adsoluẽdam corrigiã eius calciamẽti denũciat. Ac si aperte dicat. ego redẽptoris uestigia denudare nõ ualeo: quia nomen sponsi mihi immeritus nõ usurpo. Quod tamẽ intelligi & aliter potest. Quis enĩ nesciat quod calciamẽta ex mortuis animalib⁹ fiãt? Incarnatus uero dñs ueniẽs quasi calciatus apparuit: qui in diuinitate sua morticinia nostrę corruptionis assumpsit. Vnde p̃ p̃phetã dicitur. In idumeã extẽdã calciamẽtũ meũ. Per idumeã q̃ppe gẽtilitas. Per calciamentũ assumpta mortalitas designatur. In idumeã ergo dñs calciamẽtũ suũ se extẽdere asserit: quia dum p̃ carnẽ gentibus innotuit: quasi calciata ad nos diuinitas uenit. Sed huius incarnationis misteriũ humanus oculus penetrare nõ sufficit. Inuestigari enim nullatenus potest quomodo incorporatur uerbũ: quomodo summus & uiuificator spũs intra uterum matris animatur: quomodo is qui initiũ nõ habet existit & concipitur. Corrigia ergo calciamẽti est ligatura misterii. Ioannes itaq̃ soluere corrigiam calciamẽti eius non ualet: quia incarnationis eius ministerium nec ip̃e inuestigare sufficit qui hãc per prophetię spiritũ agnouit. Quid est ergo dicere nõ sum dignus soluere corrigiam calciamẽti eius: nisi aperte & humiliter suam ignorãtiam profiteri? ac si patenter dicat: quid mirũ si ille mihi prelatus est: quẽ post me quidẽ natum cõsidero: sed natiuitatis eius misteriũ nõ apprehẽdo. Ecce ioannes quia prophetię spiritu impletus est: mira scientia emicat. sed tamẽ illud de se insinuat quod ignorat. Qua in re pensandum nobis & tota intentione cogitandum quomodo sancti uiri ut humilitatis in se uirtutẽ custodiãt cum quedam mirabiliter sciunt: illud ante mentis oculos student reuocare quod nesciunt. ut dum ex parte alia infirmitatem suam considerant: ex ea parte qua perfectus est eorum se animus nõ extollat. Scientia etenim uirtus est: humilitas etiã custos uirtutis. Restat ergo ut in oẽ quod scit se mẽs deprimat: ne quod uirtus scientię congregat uentus elationis tollat. cũ bona fratres agitis semper ad memoriam mala acta reuocate: ut dum culpa caute conspicitur: nũq̃ de bono opere in caute anim⁹ letetur. Superiores inuicẽ in uia dei (eos maxime qui uobis comissi non sunt) proximos uestros attendite. Quia & quos agere aliqua praua conspicitis: que in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisq̃ studeat esse: sed tamen aliquo modo esse se nesciat: ne dum sibi magnitudinem ar-

Psal. lix. et. cvij.

Christi incarnatio vix inuestigari potest.

Humilitas est custos virtutis.

roganter tribuit ammittat itus qđ erat. Hinc etem̃ p ꝓphetã dicif. Ve q sapientes estis i oculis uris & corã uobis metipsis prudentes. Hinc paulus ait: nolite prudentes esse apud uosmetipsos. Hinc contra supbientem saul. dicif. Cũ esses paruulus in oculis tuis caput in tribubus israel factus es. ac si apte diceret. Cũ tu te paruulum cõspiceres ego te præ cęteris magnũ feci. Quia uero tu te magnũ cõspicis: a me paruus estimaris. Quod cõtra dauid cum regni potentiam coram archa federis dñi saltãdo despiceret dixi. Ludam & uilior fiã plusq̃ factus sum: & ero humilis in oculis meis. Quem nõ extolleret ora leonum frangere: ursoꝝ brachia dissipare: despectis priorib⁹ fratribus eligi: reprobato rege ad regni gubernacula ungi: timẽdũ cũctis uno lapide goliã sternere: a rege ꝓposita extictis allophilis numerosa ꝓpucia reportare: regnũ ex ꝓmissiõe pcipe: cunctũq3 israeliticũ pplm sine ulla postmodum cõtradictiõe possidere: & tñ in cunctis se despicit q in suis oculis esse se humilẽ cõfitef. Si igif sancti uiri etiam cum agunt fortia de semetipsis nilia sentiunt: qd in sua excusatiõe dicturi sunt: q sine ope uirtutis intumescũt: Sed & si q̃libet bona assint opa nulla sunt nisi ex hũilitate cõdiant. Miranda qppe actio: cum elatione nõ eleuat sed grauat. Qui em̃ sine humilitate uirtutes cõgregat q̃si in uentum pulueerem portat. & unde ferre aliqd cernif: inde deterius cecaf. In cunctis igitur q̃ agitis fratres: radicem boni operis humilitatem tenete: nec quibus iam superiores: sed quibus adhuc inferiores estis aspicite: ut dum meliorum uobis exempla proponitis: ad maiora semper ascendere ex humilitate ualeatis.

Esaie.v.d. Ad romañ xij.d. j.Reg.xv.d. Dauid hũilitas ꝛ preclara gesta. j.Reg.xvij.d Opera bona sine hũilitate nihil sũt

Segmentum ex euangelio Luce capite.iiii. A. quod canitur dominica quarta aduentus: tempus historie designat littera. & erat ioannes tunc. xxx. annorum.

ANno qntodecimo iperii Tiberii cesaris ꝓcurante põtio pilato iudeam: tetrarcha autem galilee herode: philippo autem fratre ei⁹ tetrarcha ituree & trachonitidis regiõis: & lysania abiline tetrarcha sub pricipib⁹ sacerdotũ anna & caipha factũ er uerbum dñi sup ioannem zacharię filium in desertum. Et uenit i oẽm regionẽ i ordanis ꝑdicãs baptismũ penientię i remissionẽ pctõꝝ: sicut scriptũ est in libro sermonũ esaię ꝓphetę. Vox clamãtis in deserto: parate uiam dñi: rectas facite semitas ei⁹. Ois uallis iplebif. & ois mons & collis humiliabif. Et erunt praua idirecta: & aspa i uias planas. Et uidebit ois caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas q̃ exiebãt ut baptizarent ab ipso. Genimina uiperaꝝ qs ostendit uobis fugere a uentura ira: Facite ergo fruct⁹ dignos penitẽtię: & ne ceperitis dicere patrẽ habem⁹ abraã. Dico em̃ uobis: qa potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae. Iam em̃ securis ad radicem arboris posita est. Ois ergo arbor nõ faciens fructum bonum excidef & in ignem mittetur. Et interrogabãt

Et uẽit i om. regio. ior. aliter adnotauit valla. scȝ Et venit in oẽm regionẽ circa iordanem. Esaie.xl.a

cũ turbe dicẽtes. Quid ergo faciemus? Rñdens aũt dicebat illis. Qui habet duas tunicas det nõ habenti: & qui habet escas similiter faciat.

Homilia beati Gregorii pape de eadem lectione. Habita ad populum in basilica sancti Ioannis baptiste sabbato quattuor temporum ante natale christi.

REdemptoris nr̃i p̃cursor quo tp̃e officiũ p̃dicationis accepit memorato romanæ reipublicæ principe: & iudee regib⁹ designat̃ cũ dicitur. (Anno quintodecimo impii tiberii cesaris ꝓcurante pontio pilato iudeã: tetrarcha aũt galilee herode &c.) Quia eñi illum p̃dicare ueniebat: qui & ex iudea quosdã & multos ex gẽtibus redempturus erat: ꝑ regẽ gentiũ & principes iudeorũ p̃dicationis eius tẽpora designant̃. Quia aũt gentilitas colligenda & iudea erat pro culpa ꝑfidie dispgenda: ipsa quoq3 descriptio terreni principatus ostẽdit: qm̃ & in romana republica unus p̃fuisse describit̃: & in iudeæ regno ꝑ quartã partẽ plurimi principabãtur. Voce eteñ nr̃i redemptoris dicit̃. Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur. Liquet ergo quod ad finẽ regni iudea ꝑuenerat: quæ tot regibus diuisa subiacebat: apte quoq3 nõ solũ quibus sub regibus: sed quibus etiã sacerdotibus actũ sit: demõstratur. Et quia illũ ioannes baptista p̃dicabat: qui simul rex & sacerdos existeret: lucas euãgelista p̃dicationis eius tp̃a ꝑ regnũ & sacerdotiũ designauit. (Et uenit in oẽm regionẽ iordanis p̃dicans baptismũ penitentie in remissionẽ pc̃tõrum.) Cunctis legentibus liquet: quia ioãnes nõ solum baptismũ penitentiæ p̃dicauit: sed etiã quibusdam dedit: sed tamẽ baptismum suum in remissionẽ peccatorũ dare nõ potuit. Remissio enim pc̃tõrum in solo nobis christi baptismate tribuitur. Notandum itaq3 quod dicitur prædicans baptismũ penitentiæ in remissionẽ pc̃tõrum: qm̃ baptismũ quod peccata solueret: quia dare nõ poterat: p̃dicabat: ut sicut incarnatũ uerbum patris p̃currebat uerbo p̃dicatiõis: ita baptismũ penitentiæ quo peccata soluũtur p̃curreret suo baptismate quo peccata solui nõ possunt. Vt quia ei⁹ sermo p̃currebat p̃sentiam redẽptoris: ipsum quoq3 eius baptismũ p̃cedendo fieret umbra ueritatis. Sequitur (sicut scriptũ est in libro sermonũ esaie ꝓphetæ. Vox clamãtis in deserto. parate uiã dñi: rectas facite semitas eius.) Idẽ uero ioãnes baptista requisitus quis esset: respõdit dicẽs. Ego uox clamãtis in deserto. Quia (sicut antea uobis dictũ est:) ideo uox a ꝓpheta uocatus est: quia uerbũ præibat: quid aũt clamaret apuit cum subditur. (Parate uiã dñi rectas facite semitas eius.) Ois qui rectã fidẽ & bona opa p̃dicat: quid aliud q̃ uenienti dño ad corda audiẽtiũ uiam parat? ut hec uis gratie penetret: & lumen ueritatis illustret. Vt rectas deo semitas faciat: dum mundas in animo cogitationes ꝑ sermonẽ bonæ p̃dicationis format. (Ois uallis iplebitur: & ois mons & collis humi

Luce. xi. c. Christus fuit rex & sacerdos.

Joan. i. c.

Joãnis baptiste clamor.

liabitur.) Quid hoc loco uallium nomine nisi humiles: quid mõtium & collium nisi superbi homines designantur? In aduentu igitur redẽptoris nostri ualles implete: montes uero & colles humiliati sunt: quia iuxta eius uocẽ. Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. uallis enim impleta crescit: mons & collis humiliatus decrescit. Quia nimirũ in fide mediatoris dei & hominũ hominis christi iesu: & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit: & iudea hoc per errorẽ perfidiæ unde tumebat: perdidit. (Oĩs ergo uallis ĩplebitur) quia corda humiliũ sacræ doctrinæ eloquio uirtutũ gratia replebunt. Iuxta hoc quod scriptũ est. Qui emittit fontes in cõuallibus. & unde rursum dicitur. Et cõualles abundabunt frumento. A mõtibus namq; aqua dilabitur: q̃a supbas mẽtes ueritatis doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgunt: quia mẽtes humiliũ uerbũ p̃dicationis accipiunt. Iã uidemus: iã cõualles frumẽto abũdare cõspicimus: quia illorũ ora pabulo ueritatis completa sunt qui mites & simplices & huic mundo despicabiles esse uidebãtur. Ipsum quoq; ioannẽ baptistam quia mira sanctitate præditum populus uiderat: hunc esse singulariter celsum ac solidum montẽ credebat. de quo scriptum est. In nouissimo dierum erit mons domus dñi p̃paratus in uertice montium. Nam hunc esse christũ putabãt: sicut p euangeliũ dicitur. Estimãte aũt populo & cogitãtibus oib⁹ de ioãne ne forte ipse esset xp̃s: quẽ & req̃rebãt dicentes. Nũquid christus es tu? Sed nisi idẽ ioannes apud se uallis esset repletus spũ gratie nõ fuisset. Qui ut hoc quod erat ostẽderet dixit. Venit fortior me post me cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamẽti eius. Et rursus ait. Qui habet sponsam sponsus est: amicus aũt sponsi qui stat & audit eũ gaudio gaudet p̃pter uocẽ sponsi. Hoc autem gaudiũ meũ impletum est. Illũ oportet crescere me autem minui. Ecce cũ præ mira opatione uirtutũ talis esset ut xp̃s esse crederetur: nõ solum xp̃m nõ se esse r̃ndit sed & corrigiã calciamẽti eius soluere. i. incarnationis eius mysterium pscrutari non se dignũ esse phibuit. Eius spõsam esse ecclesiã credebãt qui hunc christum esse estimabant. Sed ait. qui habet sponsam spõsus est. ac si diceret. ego sponsus non sum: sed amicus spõsi sum. Nec p̃pter uocẽ suam sed in uoce spõsi se gaudere perhibebat. Quia non ideo letabatur in corde: q̃m a populis humiliter audiebatur loquẽs: sed quia ipse ueritatis uocẽ audiebat itus: ut loqueretur foras. Quod bene gaudium impletum dicit: quia quisquis de sua uoce gaudet: plenum gaudium nõ habet. A quo & subditur. Illũ oportet crescere: me aũt minui Qua in re q̃rendũ est in quo creuit xp̃s: in quo minutus est ioannes: nisi quod populus ioannis abstinẽtiã uidens: remotũ hunc esse ab hoib⁹ cõspiciens: eũ esse xp̃m putabat: xp̃m uero cum publicanis comedẽtẽ: inter peccatores ambulantẽ intuens: eũ nõ xp̃m sed prophetã esse cre-

Luce.xviij.
Psalm⁹.ci
Psal's.lxiiij
micheę.iiij.a.
Matth.iij.
Joan.j.c.
Marci.j.a.
Jan.iij.d.
Christus creuit & ioãnes minutus est.

debat. Sed dum p accessum tpis & xps qui ppheta esse putabat: xps est agnitus: & ioannes q xps esse credebat ppheta esse innotuit: ipletū est qđ de christo su⁹ pcursor pdixit. Illum oportet crescere: me aūt minui.
Ioan.iii.d. In estimatiõe quippe ppli & christus creuit: qa agnit⁹ est quod erat: & ioannes decreuit: quia cessauit dici quod nõ erat. Igit qm̄ & idem ioannes ideo in sanctitate pstitit: qa in cordis humilitate pdurauit. Et multi iccirco ceciderūt quia apud seipsos elata cogitatiõe tumuerūt: dicat recte (oĩs uallis iplebitur: & oĩs mõs & collis humiliabit.) Quia humiles
Isaie.xl.a. donū accipiunt quod a se corda supbiētiū repellūt. Sequitur. (& erunt praua idirecta & aspera in uias planas) praua directa fiūt: cū malorꝝ corda p iniusticiam detorta: ad iusticiæ regulā dirigunt. Et aspera in uias planas imutant: cū immites atq̧ iracūdæ mētes p infusionē supnę gratiæ ad lenitatē māsuetudinis redeūt. Quādo em̄ uerbū ueritatis ab iracūdamēte nõ recipit: q̄si asperitas itineris gressum pgētis repellit. Sed cum mens iracūda p acceptā māsuetudinis gratiam correctiõis uel exhortatiõis uerbū recipit: ibi planā uiā pędicator īuenit. ubi prius p asperitate itineris pgere idest pędicatiõis gressum ponere: nõ ualebat. Sequitur. (Et uidebit oĩs caro salutare dei.) Quia oĩs caro accipit oĩs homo: salutare dei uidelicet christū. christū in hac uita oĩs hõ uidere nõ potuit ubi ergo in hac sentēcia ppheta pphetie oculum nisi ad extremum iudicii diem tetendit? ubi cum aptis cœlis: ministrātibus angelis: consedentibus apl'is in sede maiestatis suæ christus apparuerit: omnes hunc & electi & reprobi pariter uidebunt. Vt & iusti de munere retributiõis sine fine gaudeant: & iniusti in ultione supplicii imperpetuū gemant. Nam qa hoc ista sententia intendit: qđ in extremo examine ab oĩ carne uidebit: recte subiungit. (Dicebat autem ad turbas q̄ exiebāt: ut baptizarent ab eo. Genimina uiperarꝝ quis ostendit uobis fugere a uentura ira?) Ventura em̄ ira est animaduersio ultionis extremæ: quam tunc peccator fungere nõ ualet: qui nunc ad lamenta penitentiæ non recurrit. Et notandum quod malæ soboles malorꝝ parentum actiones imitantes geminina uiperarꝝ uocantur: quia p hoc q bonis inuident: eosq̧ psequuntur: q quibusdā mala retribuunt: q lesiones pximis inquirūt: qm̄ in his oĩbus priorum suorum carnalium uiam sequuntur: q̄si uenenati filii de uenenatis parentibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus: quia usu male cõsuetudinis inuoluti sumus: dicat quid nobis faciendū sit: ut fugere a uentura ira ualeamus. Sequitur. (Facite ergo fructus dignos penitētie.) In quibus uerbis notandū est: q amicus sponsi non solū fructus penitētiæ sed dignos penitētiæ admonet esse faciendos. Aliud namq̧ est fructū facere: aliud dignum penitentiæ fructū facere. ut enim secundū dignos penitentiæ fructus loquamur: sciēdum est quia quisquis illicita nulla cõmisit: huic iure cõceditur: ut licitis utatur: sic

Salutare dei uidebit omnis caro q̄liter sit intelligendum.

Uiperarum genimina uocantur male soboles.

Fructū facere et dignum penitētie fructum facere sunt diuersa.

q̄ pietatis opa faciat: ut tñ si uoluerit: ea q̄ mundi sunt nō relinq̄t. At si q̄s in fornicatiōis culpam uel fortasse (quod graui⁹ est) in adulterium lapsus est: tanto a se debet illicita abscindere q̄nto se meminit & illicita ꝑpetrasse. Neq̄ em̄ par fructus esse boni opis debet eius: q minus & ei⁹ q ampli⁹ deliquit: aut ei⁹ qui in nullis & eius qui in q̄busdā facinoribus cecidit: & ei⁹ qui in multis est lapsus. Per hoc ergo qđ dicitur facite fructus dignos penitentiæ: uniuscuiusq̄ cōscientia cōuenit: ut tāto maiora q̄rat bonoꝝ opeꝝ lucra ꝑ penitentiam: q̄nto grauiora sibi ītulit damna ꝑ culpam. Sed iudei de generis nobilitate gloriātes iccirco se agnoscere pctōres nolebant. quia de abrae stirpe descēderant. Quibus recte dicit: & ne ceperitis dicere prēm habem⁹ abraam: dico em̄ uobis q̄a potens est de⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae. Quid em̄ lapides nisi corda gentilium fuerunt ad intelligendū uerbū dei prīs oīpotentis insensibilia. Sicut etiam quibusdā ex iudeis dicit. Auferā cor lapideū de carne ur̄a. Neq̄ īmerito lapidis noīe gentes significatæ sunt. quia lapides coluerunt. Vnde scriptum est. Siles illis fiāt qui faciunt ea: & oīes qui cōfidunt in eis. De quibus nimiꝝ lapidib⁹ filii abrae suscitati sunt. q̄a dū dura corda gentiliū in abraę semine. i. in xp̄o crediderūt: eius filii facti sunt: cui⁹ semini uniti sunt. Vnde & eisdē gentibus ꝑ egregium ꝑdicatorem dicit. Si aūt uos xp̄i ergo abraę semen estis. Si igit nos ꝑ fidem christi: abraę iam semen existimus: iudei propter ꝑfidiam abraę filii esse desierunt. Quia uero in illo tremēdi examinis die parentes boni malis filiis prodesse non poterunt: testatur propheta qui dicit. Noe & dauid & iob si fuerint in medio eorum: uiuo ego dicit dn̄s: quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi in iusticia sua liberabunt animas suas: & rursum: quia boni filii nihil malis parentibus prosint: sed ad reatum potius malorum parētum proficiat bonitas filiorum ipsa ꝑ se ueritas iudeis non credētibus dicit. Si ego in belzebub eiicio demonia: filii uestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Sequitur. (Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor quæ nō facit fructum bonū excidetur: & in ignē mittetur.) Arbor huius mundi est uniuersum genus humanum. Securis uero est redemptor nr̄ qui uelut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate: sed incidit ex diuinitate. Que uidelicet securis iam ad radicē arboris posita est: quia & si ꝑ patiētiam expectat: uidet tñ quid factura est. (Omnis enim arbor non ferēs fructum bonum excidetur & in ignē mittetur.) Quia unusquisq̄ puer sus paratam citius gehēnæ concremationem inuenit: qui hic fructum boni opis facere contempsit. Et notādum quod securim non iuxta ramos positam: sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filii tollūtur: quid aliud quam rami infructuose arboris abscindūtur. Cum uero tota simul ꝑgenies cū parente tollitur: īfructuosa arbor a radice abscisa

Luce. iii.

Ezechie. [...]

Psal. cx[...]

Ad gal. ii[...]

Ezech. xii[...]

Luce. xi. [...]

Redempt[or] noster di[...] securis.

Arbor nō [fa]ciens fruc[tum] in ignē m[it]tetur.

est ne iam remaneat unde praua iterum soboles succrescat. In quibus ioan-
nis baptistæ uerbis cõstat qđ audientiũ corda turbata sunt: cum ꝓtinus
subinfert. (Et interrogabant eũ turbe dicentes. quid ergo faciem⁹?) per
cussæ eñ terrore fuerant: q̃ cõsilium q̃rebant. Sequit. (Rñdens autem
dicebat illis. Qui habet duas tunicas det nõ habenti. Et q habet escas si
militer faciat) p hoc qđ tunica plus est necessaria usui nr̃o q̃ palliũ: ad
fructum dignũ penitẽtiæ ptinet: ut nõ solũ exteriora q̃q & minus ne-
cessaria: sed ipsa ualde nobis necessaria diuidere cum proximis debea-
mus. s. uel escã qua carnaliter uiuimus uel tunicam q̃ uestimur. Quia
at. xxii. d. eñ in lege scriptum est. Diliges ꝓximum tuum sicut teipsum: min⁹ pro
iiti. xix. d. ximũ amare cõuincit' qui nõ cum eo in necessitate illius etiam ea q̃ sibi
sunt necessaria partit'. Iccirco ergo de diuidẽdis cum ꝓximo duab⁹ tu-
nicis datur p̃ceptum: quia hoc de una dici nõ potuit q̃m si una diuidit':
nemo uestit'. In dimidia quippe tunica & nudus remanet qui accipit: &
nudus qui dedit. Inter hæc autẽ sciẽdum est q̃ntum misericordiæ opa
ualeãt: cum ad fructus dignos penitẽtiæ ipsa præ ceteris p̃cipiunt'. Hic
etiã p semetipsam ueritas dicit. Date elemosinã: & ecce oĩa mũda sunt
ce. xi. f. uobis. Hinc rursus ait. Date & dabit' uobis. Hinc scriptũ est. Ignem ar
ce. vi. f. dentem extiguit aq̃. & elemosina resistit pc̃tis. Hinc iterum dicit'. Cõclu-
cliasi. iii. d. de elemosynã in corde paupis: & hæc pro te exorabit. Hinc bonus pa-
cli. xxix. b. ter innocentẽ filium ammonet dicẽs. Si multũ tibi fuerit: abũdãter tri
ob. iiii. b. bue, si exiguũ fuerit etiã exiguum libẽter ipartiri stude. Vt autem q̃nta
esset uirtus in cõtinẽtia & susceptiõe indigentiũ redẽptor nr̃ ostẽderet
at. x. d. dixit. Qui recipit ꝓphetam in noĩe ꝓphetæ: mercedẽ ꝓphete accipiet.
Et q recipit iustum i noĩe iusti: mercedẽ iusti accipiet. In qb⁹ uerbis no-
tandum est quia nõ ait mercedẽ de ꝓphæta: uel mercedem de iusto. sed
Mercedẽ ꝓ mercedẽ ꝓphæte: & mercedẽ iusti accipiet. Aliud est eñ merces de pro-
ete & mer pheta. aliud merces ꝓphetæ. atq aliud merces de iusto aliud merces iu
dẽ de pro- sti. Quid est eñ dicere mercedẽ ꝓphetæ accipiet: nisi qa is qui ꝓphetã
eta recipe sua largitate sustẽtat: quãuis ipse ꝓphetiã nõ habeat: apud oĩpotentem
differunt. tñ dñm prophetæ p̃mia habebit. Iste eñ fortasse iustus est. Et quãto in
hoc mũdo nihil possidet: tãto loquẽdi pro iusticia fiduciã maiorem ha
bet. Hũc dum ille sustentat: q in hoc mũdo aliqd possidet: & fortasse ꝓ
iusticia adhuc loqui libere nõ p̃sumit: iusticiæ illius libertatẽ sibi parti-
cipem facit: ut cũ eo pariter iusticiæ p̃mia recipiat: quẽ sustentãdo adiu
uit: quatenus eandẽ iusticiã libere loqui potuisset. Ille ꝓphetiæ spiritũ
Corpus si nõ plenus est: sed tñ corporeo eget alimẽto. & si corpus nõ reficitur: certũ
reficitur uox est quod uox ipsa subtrahatur. Qui igitur alimentum ꝓphetæ propter
ipsa subtra- hoc quod propheta est tribuit: ꝓphetiæ illi⁹ uires ad loq̃ndũ dedit. Cũ
itur. propheta ergo mercedẽ prophetæ recipiet. Quia & si spũ ꝓphetiæ ple-
nus nõ fuit: hoc tñ ante dei oculos exhibuit: quod habuit. Hinc est qđ

de quibusdam peregrinantib⁹ fratribus. Caio p ioannē dicitur. Pro nomine. n. xp̄i profecti sunt nihil accipiētes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipe huiusmodi: ut coopatores simus ueritatis. Qui eñ sp̄ualia dona habētibus temporalia subsidia tribuit: in ipsis donis spiritualibus cooperator existit. Nam cum pauci sunt qui spiritualia dona pcipiunt & multi qui rebus tēporalibus abūdant: p hoc se uirtutibus pauperum diuites inserunt: quod eisdē sanctis paupibus de suis diuitiis solatiātur. Vnde cum p Esaiæ uocē dominus derelictæ gentilitati. i. sancte ecclesiæ spiritualium uirtutum merita tanq̄ deserto arbusta promitteret: ulmum quoq; pariter promisit dicens. Ponam desertum in stagna aquarum: & terrā inuiā in riuos aquarū dabo in solitudine cedrū & spinam myrtum & lignū oliuæ: ponā in deserto abietē ulmū & buxū simul: ut uideāt & sciāt & recogitēt & intelligāt pariter. Desertū quippe dn̄s ī stagna aquaꝝ & terrā inuiā in riuos aquaꝝ posuit. quia gētilitati q̄ prius p ariditatē mentis nullos bonoꝝ opeꝝ fructus ferebat: p fluenta sc̄tē p̄dicationis dedit. Et ipsa ad quā prius pro asperitate sue siccitatis uia p̄dicatoribus non patebat: doctrinæ postmodum riuos emanauit. Cui adhuc ex munere magno promittitur. dabo in solitudinem cedrū & spinam. Cedrum quia magni odoris est atq; imputribilis nature: iure accipimus in promissione. De spina uero cum peccanti homini dictum sit Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi. quid mirū si sancte ecclesie illud promittitur: quod peccanti homini pro pena multiplicatur? Sed cedri designantur nomine hi qui uirtutes & signa exhibēt in sua operatione. Qui dicere cum paulo ualēt: christi bonus odor sumus deo Quoꝝ corda ita interno amore solidata sunt ut eadē iam terreni amoris putredo nulla corrūpat. Per spinam uero signati sunt doctrine spiritalis uiri qui dum de peccatis ac uirtutibus disserunt & modo eterna supplicia minantur modo celestis regni gaudia promittunt: corda audientium pungunt. Sicq; mentem dolore compunctionis perforant ut ab eorum oculis quasi quidam sanguis anime lachryme decurrant. Myrtus uero temperatiue uirtutis est: ita ut dissoluta membra temperando constringat. qui itaq; per myrtum nisi hi significati sunt qui afflictionibus proximorum cōpati sciunt: eorūq; tribulationē p cōpassionem temperāt? iuxta hoc qd̄ scriptū est. Gr̄as aūt deo q cōsolatur nos ī omni tribulatiōe nostra: ut possimus & ipsi cōsolari eos qui in oī p̄ssura sunt. Qui dū afflictis ꝑximis uerbū uel opem consolationis ferunt: eos ꝑculdubio ad statū rectitudinis restringunt: ne imoderata tribulatione in desperationē soluantur. Quos aūt p oliuam nisi misericordes accipimus? Quia & grece oleos misericordia uocatur: & quasi oliuæ liquor ante dei omnipotentis oculos misericordiæ fruct⁹ lucent. Cui

j. Joan
Dona lia perc pauci.
Esaie. xl
Desertu stagna a rū posuit minus.
Ibidem.
Gen. iij. c
Cedr⁹ q designat
ij. Corit.
Predica res possi spine dici
ij. Corinth
Oliue m ricordes tat.

.xl[i]s.c. s quos ...entat. ...[i]? quos ...nat. ...t ...i ...? quos ...nat. ...are in ec ...a iste ar ...s ponun ...at.x.d.

adhuc in ꝓmissione subiungit. Ponam in deserto abietem ulmũ & buxũ simul. Quid p abietem q̃ ualde crescendo ad aeris alta sustollit: nisi hi designati sunt q intra sc̃ãm ecclesiam adhuc in terrenis corpib⁊ positi iam cęlestia cõtemplant? Et q̃uis de terra nascendo exierunt: cõtemplando tñ iam iuxta ęthera uerticem mentis extollũt. Et q̃d p ulmũ nisi seculariũ mentes exp̃sse sunt? q̃ dũ terrenis adhuc curis iseruiunt: nullum uirtutũ spũalium fructũ ferunt. Sed & si fructũ ꝓpriũ ulmus nõ habet: portare tñ uitem cũ fructu solet. Quia & sc̃lares uiri intra sacrã ecclesiã q̃uis spũaliũ uirtutũ dona nõ habeãt: dũ tñ sc̃tõs uiros donis spiritualib⁊ plenos sua largitate sustentãt: q̃d aliud q̃ uitẽ cũ botris portãt? Bux⁊ aũt quos alios designat q̃ in altum nõ ꝓficit: & q̃uis fructum non habeat uiriditatem tñ habet: nisi eos q itra sanctã eccl̃iam adhuc ex etatis ifirmitate bona opa facere nõ ualent. sed tñ parentũ fideliũ credulitatem seq̃ntes: fidẽ ppetuę uiriditatis tenent. Post q̃ oĩa apte subiungit. Vt uideant & sciant & cogitent & itelligãt pariter. Ad hoc em̃ cedr⁊ in eccl̃ia ponit: ut q̃sq̃s a ꝓximo odoramina uirtutũ spiritualiũ trahit: ipse quoq̧ i eternę uitę dilectiõe nõ torpeat: sed ad donoꝝ cęlestiũ desideria ignoscat. Ad hoc spina ponit ut q p̃dicatiõis ei⁊ uerbo cõpunct⁊ fuerit: ipse quoq̧ exemplo illi⁊ discat corda seq̃ntiũ p̃dicatiõis uerbo cõpungere. Ad hoc myrt⁊ ponit. ut q in ardore tribulatiõis ab ore uel ope ꝓximi cõpatientis temperamẽtũ cõsolatiõis accepit: ipse etiã discat quẽadmodum afflictis ꝓximis suę cõsolatiõis tempamẽtũ ꝓferat. Ad hoc oliua ponit. ut q alienę misericordię opa cognoscit: discat quẽadmodum debeat indigenti ꝓximo & ipe misereri. Ad hoc abies ponit ut q̃sq̃s uim cõtemplatiõis ei⁊ agnouerit: ipse quoq̧ ad contemplãda ęterna p̃mia succendat. Ad hoc ulm⁊ ponit. ut q̃sq̃s ituet eum q habere fructũ uirtutum spiritualium nõ ualet: sed tñ & eos q spiritualib⁊ donis pleni sunt sustentat. Ipse quoq̧ sanctoꝝ uitæ q̃nta ualet largitate iseruiat: & cęlestium donoꝝ botros quos gignendo nõ ualet: sustẽtãdo ferat. Ad hoc bux⁊ ponit. ut q habere multos adhuc in ifirma ętate positos uere fidei uiriditatem cõsiderat esse etiã ipse ifidelis erubescat. Bene ergo de scriptis pri⁊ arboribus dicit. Vt uideãt sciant & cogitent & intelligant. Vbi & apte subiungit pariter. Quia cum intra sanctam eccl̃iam diuersi hoĩm mores diuersi sunt & ordines: necesse est ut om̃es simul discant dum i ea spirituales uiri diuerse q̃litatis: etatis: & ordinis ad imitandum simul uident. Sed ecce nos dum mõstrare ulmum q̃rim⁊: p multa arbusta lõgius euagati sum⁊. Ad hoc itaq̧ ꝓpter q̃d ꝓphete testimonium ꝓtulim⁊: reuertamur. Qui recipit ꝓphetã in noĩe ꝓphete: mercedem ꝓphete accipiet. Quia & si ulm⁊ fructum nõ habet: uitem tñ cum fructibus portans hec ipsa sua efficit: q̃ bene sustentat aliena. Quia uero ad magna nos opa ioannes ammonet dicens. (Facite ergo fruct⁊ dignos

penitentie)& rursus(Qui habet duas tunicas det nō habenti: & qui habet escas similiter faciat) iā patenter datur intelligi quid est quod ueritas dicit. A diebus ioānis baptiste usq; nūc regnū celorū uim patitur: uiolenti rapiūt illud. Que supne uerba sententie nobis sunt magnopere pscrutanda. Nā querendū est quomodo uim ppeti regnū celoꝝ possit. Quis enim celo uiolentiā irrogat? Et rursus querendū est: si pati uim regnum celoꝝ potest: cur eandem uim a diebus ioānis baptiste: & non etiā ante pertulerit? Sed cū lex dicat. Siqs hec uel illa fecerit morte moriatur: cunctis legentibꝰ liquet: quia peccatores quosq; pena sue seueritatis pertulit: nō aūt per penitentiā ad uitā reduxit. Cū uero ioānes baptista redemptoris gratiā percurrēs penitentiā pdicabat: ut peccator q ex culpa est mortuus: p cōuersionem uiuat. pfecto a diebus ioānis baptiste regnū celoꝝ uim patitur. Quid est aūt regnū celoꝝ nisi locus iustorū? Solis enim iustis celestis patrie premia debētur: ut humiles: casti: mites: atq; misericordes ad gaudia supna perueniāt. Cū uero quis uel supbia tumidus: uel carnis facinore pollutꝰ: uel iracūdie facibus accensus: uel crudelitate īpius post culpas ad penitentiā redit: & uitā eternā percipit: quasi in locū peccator intrat alienum. A diebꝰ ergo ioānis baptiste regnū celoꝝ uim patitur & uiolenti rapiunt illud. Quia q penitentiam peccatoribꝰ indixit qd aliud q̄ regno celoꝝ fieri uiolentiā docuit? Recogitemꝰ ergo fratres charissimi mala q̄ facimꝰ & nosmetipsos assiduis lamentis atteramꝰ. Hereditatem iustoꝝ quā nō tenuimus p uitā: rapiamus ppenitentiā. Vult a nobis oīpotens deus talem uiolentiā ppenitentiā ppeti. Nā regnū celoꝝ rapi uult nr̄is fletibꝰ: quod nr̄is meritis nō debetur. A spei ergo certitudine nulla nos maloꝝ nr̄oꝝ q̄litas: nulla quātitas frāgat. Prestat magnā uenię fiduciā latro ille uenerabilis: q nō inde uenerabilis unde latro. Nā latro ex crudelitate: uenerabilis ex cōfessione. Cogitate ergo cogitate q̄ sint incōprehensibilia in oīpotenti deo misericordię uiscera? Latro iste cruentis manibꝰ abstractus a facie itineris: suspensus est in patibulo crucis. ibi cōfessus est: ibi sanatꝰ est: ibi audire meruit: hodie mecū eris in paradiso. quid est hoc? Quis tātā bonitatem dei dicere: quis estimare sufficiat? De ipsa pena criminis puenit ad pmia uirtutis. Iccirco aūt oīpotens deus electos suos in qbusdā lapsibꝰ cadere pmisit. ut aliis in culpa iacentibus si toto ad eū corde cōsurgant spem uenie reddat & eis per lamenta penitentie uiā pietatis aperiat. Exerceamus ergo nosmetipsos in lamentis: extinguamꝰ flectibus & dignis penitentie fructibus culpas quas fecimus: tpa indulta nobis ad īdulgētiā nō pereāt: quia qui multos a suis iniquitatibus iā sanatos aspicimus quid aliud q̄ supne misericordie pignus tenemus? Adiuuat ipse quem amamus iesus xp̄s dn̄s noster. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Mat.xi.b

Regnū celorū patitur vi.

Regnū celorū ē locus iustorum.

Uiolēti rapiunt celum

Latro bonus qui vocabatur dimasma gnāpstat peccatoribus venie fiduciā

Luce.xxiij.f.

Deus quādoq; suos electos labi pmittit.

Segmētū ex pricipio euāgelii ioānis primo capite littera.a.qđ canitur in die natiuitatis dñi ad missam maiorem.

IN principio erat uerbum:& uerbū erat apud deū:& deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Oia per ipm facta sunt:& sine ipso factū est nihil. Quod factū est in ipso uita erat: & uita erat lux hoim:& lux in tenebris lucet:& tenebre eā nō cōprehenderunt. Fuit hō missus a deo:cui nomen erat ioānes. Hic uenit in testimoniū:ut testimoniū perhiberet de lumine:ut oēs crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux uera: que illuminat omnē hominē uenientē in hūc mundū. In mūdo erat & mūdus per ipsum factus est:& mundus eum nō cognouit. In propria uenit:& sui eum nō receperūt. Quotquot aūt receperunt eum:dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in noie eius. Qui nō ex sanguinibus:neq; ex uoluntate carnis neq; ex uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt. Et uerbū caro factum est:& habitauit in nobis: & uidimus gloriā eius:gloriā quasi unigeniti a patre:plenū gratie & ueritatis.

Oia p ipm facta sunt. ₇c. aliter adnotauit ex grecis valla ₇ sic ipi legsit modo ₇ sine ipo factū est nihil qđ factū est. (₇ sequitur distīncta sententia.) In ipso vita erat ₇c. In mundo erat. ₇c. vsq; ad receperūt eum. ponitur ter ipz eū eū. vbi illud. f. id potius dicendū erat q̃a ad verbū refert ₇ dclarat val. deceptū esse interpretē in genere. Qui credūt in nomine ei⁹ grece est i nomē eius. Itē ex deo nati. potius eēt genī[...]i. Gloriā q̃si dicendū erat velut aut tanquam: q₂ q̃si nō implet veritatē glorie. Plenū. non vt pleriq; putāt accusatiuū casus ē sed nominatiui. s. v[...] . f. est plenū gratie ₇ veri. verbū aūt apud grecos masculi. g. est ppterea p

Homilia beati augustini episcopi de eadem lectione.

QVia tēporalē mediatoris dei & hominis iesu xpi natiuitatem quę hodierno die facta est sanctoꝝ uerbis euāgelistaꝝ matthei uidelicet & Luce manifestatā cognouimus: libet etiam de uerbi idest diuinitatis eius eternitate in qua patri manet semper ęqualis: beati ioānis euāgelistę dicta scrutari: qui singulari priuilegio meruit castitatis: ut ceteris altius diuinitatis ipsius caperet simul & patefaceret archanū. Neq; eni frustra in cena supra pectus dñi iesu recubuisse perhibetur: sed p hoc typice docetur: qa celestis haustū sapiētie ceteris excellentius de sanctissimo eiusdē pectoris fonte potauit. Vnde & merito in figura quattuor aialium aquilę uolāti comparatur. Cunctis quippe auibus aquila celsius uolare: cunctis animātibus clari⁹ solis radiis infigere cōsueuit obtutus. Et ceteri euāgelistę quasi in terra ambulant cum dño: qui tēporalē eius generationē pariter & tēporalia facta sufficiēter exponentes: pauca de diuinitate dixerūt. Hic aūt quasi ad celū uolat cum dño: qui per pauca de tēporalibus eius actibus edisserens: ęternā diuinitatis eius potentiā: per quē oia facta sunt: sublimius mente uolādo: & limpidius speculando cognouit. ac nobis cognoscēdam scribendo tradidit. Ergo alii euangelistę xp̄m ex tēpore natū describunt. Ioannes eundē in principio testatur fuisse dicēs. (In principio erat uerbum.) Alii inter homines eum subito apparuisse commemorant. Ille ipsum apud deum semper fuisse declarat dicens. (Et uerbum erat apud deum.) Alii uerum hominem. Ille uerum confirmat deum esse dicens. (Et deus erat uerbum.) Alii hominem eum apud homines

temporaliter conuersatum. Ille deum apud deum in principio manentem osten dit dicens. (Hoc erat in principio apud deum.) Alii magnalia: que in homine gessit perhibent. Ille quod omnem creaturam uisibilem & inuisibilẽ per ipsum deus pater fecerit docet dicẽs. (Oĩa per ipsum facta sunt: & sine ipso factũ est nihil.) Et mire beatus ioannes in initio euãgelii sui de diuinitate saluatoris & fidẽ recte credentium sublimiter imbuit. & hereticorũ perfidiã potẽter exuperat. Fuerunt namq; heretici qui dicerent. Si ergo natus est xp̃s: erat tẽpus quando ille non erat. Quos primo sermone redarguit cum ait. (In principio erat uerbum) Neq; ait in principio cepisse esse uerbũ: ut uidelicet eum nõ ex tempore ortum: sed ante ortum temporũ existentem: ac per hoc sine ullo tẽporis initio de patre natum monstraret. Iuxta quod ipse loquitur in prouerbiis. Dñs possedit me in initio uiarũ suarũ antequã quicquam faceret principio: ab eterno ordinata sunt. Item fuerũt heretici qui tres trinitatis personas esse negantes dicerẽt. Idem deus quãdo uult [illegible] t: quando uult filius est. quando uult spiritus sanctus est. ipse ta[illegible] us est. Quorum destruens errorem: subiungit (Et uerbum erat [illegible] m.) Si enim alius apud alium erat: duo sunt profecto pater & [illegible] on unus. Ipse modo pater: modo filius: modo etiam spiritus quasi mutabilis sit diuinę substantię natura. (cum apertissime dicat apostolus.) Apud quẽ non est transmutatio: nec uicissi obumbratio. Item fuere quidam praui dogmatis autores qui christum hominem tantum confitentes: deum prorsus esse non crederent. Quos consequenter opprimit cum ait. (Et deus erat uerbum.) Fuere alii qui deum quidem illum: sed ex tempore incarnationis factum: non autem eternum ante secula natum esse a patre putarent. Vnde quidam taliter dixisse commemoratur. Nõ inuideo xp̃o facto deo: quoniã & ego si uolo possum fieri secundũ ipsum. Et horũ nephãdam refellit sententiam euangelista cum ait. (Hoc erat in principio apud eum.) idest hoc uerbum quod deus est: nõ ex tẽpore cepit: sed in principio erat deus apud deũ. Item fuere ueritatis inimici: qui christũ & ante partum uirginis fuisse iam non negarent: non tamen natum ex patre deũ sed factum a patre. & ideo minorem patre: quia creaturam crederent. Etiam hos damnat euangelicus sermo qui dicit. (Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil.) Si ęnim nihil creaturarum sine ipso factum est: patet profecto quia ipse creatura non est: per quẽ omnis creatura facta est. Et ne quis audiens factam per deum creaturam mutabilem crederet: eius uoluntatem quasi subito uellet facere creaturam: quam ab eterno nunq̃ fecisset: manifeste docet euangelista factam quidem in tempore creaturam: sed in eterna creatoris sapiẽtia quando & qualis crearetur semp fuisse dispositum & hoc est

id genus trãsferẽdũ erat inquit val. s. sermo q: magis significat quã verbũ maxie q: de filio dei loquitur. Celsus cũctis a uibus volat aquila.

Destruitur presenti primus hereticorũ error: ex quibus quos designat hic augustinus. prouerbio. viij. c. Secũdus hereticorum error.

Jaco. j. e. Tertius destruitur.

Quartus error seu opinio damnatur

Quinta prauitas hereticorũ refelli[illegible]

quod ait. (Quod factum est in ipso uita erat) idest quod factum in tempore siue uiuens: siue uita carẽs apparuit: omne hoc in spũali factoris ratione semper uixerat: & uiuit. Nõ quia coeternũ est creatori quod creauit: sed quia coeterna est illi ratio uolũtatis sue in qua ab eterno habuit & habet quid & quãdo crearet: qualiter creatũ gubernet: ut maneat ad quẽ finẽ singula que creauit: pducat. Sequitur. (Et uita erat lux hoim)

Solã creaturã rõnalem: vt sape possit illũinat deus

Quo uerbo aperte docetur quod ipsa uitalis ratio per quã oia disposita sunt: & regũtur: nõ omnẽ creaturã sed rationabilẽ tantum ut sapere possit illuminat. Homines nãq; qui ad imaginẽ dei facti sunt percipere sapiẽtiam possunt. animalia nõ possunt. Sed & animalis quicũq; est hõ nõ percipit ea que sunt spũs dei. Vnde bene cũ dixisset (& uita erat lux hoim) Subiunxit. & de his qui ab hũane cõditionis honore procul recedẽtes cõparati sunt iumentis insipiẽtibus & similes facti sunt illis: quideo recte ueritatis luce priuauit. (Et lux in tenebris lucet. & te[...] eã nõ cõprehenderunt.) Lux quippe est hominum xp̃s: qui om[...] illuminari merẽtur corda hominũ: sue presentia cognitionis il[...]

Aialis hõnõ percipit que sunt spũs dei

Psal. xlviij.

Stulti et iniq tenebre sunt.

Tenebre autẽ stulti sunt & iniqui: quorũ ceca precordia lux ete[...] piẽtie qualia sunt manifeste cognoscit: quãuis ipsos radios ei[...] nequaq̃ capere per intelligentiã possint. Veluti si cuilibet cec[...] lis ostẽditur: nec tñ ip̃e solẽ eius lumine pfusus aspiciat. Sed ne[...] oino superna pietas despexit: ue[...] medelã eis salutis q̃ ad uide[...] puenire possint adhibuit. Ip̃a lux iuisibilis. Ipsa dei sapientia c[...] q̃ uideri possit induta est que in habitu hominis apparẽs & loquens hominibus paulatim fide purificata eorũ corda ad cognitionem sue diuine uisionis proueheret. Missus est ante illũ homo magni meriti cuius testimonio pararentur oẽs ad audiendã mox ut appareret: ipsam dei sapientiã. Ad uidendũ ipsum solẽ iustitie nube iam corporis tectũ idest ad uidendũ audiendũq; hominẽ: qui deus esset: plenũ gratie & ueritatis. Fuit homo inquit missus a deo: cui nomẽ erat ioannes. Hic uenit in testimoniũ ut testimoniũ perhiberet de lumine ut oẽs crederent per illũ.)

[...]iere. xvij. a.

Non ait ut oẽs crederent in illũ. Maledictus homo: qui confidit in homine: & ponit carnem brachiũ suum: sed ut oẽs crederent per illũ. Hoc est per illius testimoniũ crederent in lucẽ: quã necdũ uidere nouerant: deũ uidelicet ad dominũ nr̃m iesum xp̃m: qui de seipso testatur. Ego sum lux mũdi qui seqtur me: non ambulat in tenebris: sed habet lumẽ uite. Sequitur. (Nõ erat ille lux: sed ut testimoniũ perhiberet de lumine Erat lux uera que illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hũc mundũ.) Et sancti quidem hoies lux sunt recte uocati: dicente ad eos domino. Vos estis lux mundi & apostolo paulo. Fuistis enim aliquando tenebre: nunc autẽ lux in domino. Sed multũ distat inter lucem que illuminatur & lucem que illuminat: inter eos q participationem uere lucis ac[...]

[...]oã. viij. b

[...]cti hoies [...] vocãtur.

[...]at. v. b

[...]h. v. b.

cipiũt ut luceãt: & ipsam lucem ppetuã: quę nõ solũ lucere in seipa: sed sua pręsentia quoscũq; attigerit illustrare sufficit. Ad cuius cõparatio nem uere lucis nõ tãtũ minores quilibet electi: uerũ etiã ipse ioãnes quo maior inter natos mulieꝝ nõ surrexit: lux nõ esse asseritur: ut uidelicet nõ esse xp̃s quod putabatur: mõstraretur. Ille enim (ut scriptũ est) erat lucerna ardens. Ardens scilicet fide & dilectione. lucens uerbo & actio ne. Gratiã uere lucis pectoribus infundere solius est eius de quo dicitur (Erat lux uera que illuminat oẽm hominem ueniẽtem in hũc mũdũ.) Oẽm uidelicet qui illuminatur siue naturali ingenio: seu sapiẽtia diui na. Sicut eni nemo a seipso esse potest: ita etiã nemo a se ipso sapiens eẽ potest: sed illo illustrãte de quo scriptũ est. Oĩs sapiẽtia a dño deo est. Cu ius utrãq; naturã: & diuinã uidelicet: qua semper ubiq; totus manet: & humanã: ex qua in tẽpore natus: loco inclusus apparuit: cõsequẽter euã gelista describit. dicẽs. (In mũdo erat: & mũdus per ipsum factus est: & mũdus eũ nõ cognouit) In ppria uenit & sui eũ nõ receperũt. In mũdo qppe erat: & mũdus pipsum factus ẽ qa deus erat: quia totus ubiq; quia sue p̃sentia maiestatis sine labore regit & sine onere cõtinet. quod fecit. (Et mũdus eũ nõ cognouit: quia lux i tenebris lucet: & tenebre eã nõ cõprehenderũt.) Mũdũ nãq; hoc loco dicit homines mũdi amore dece ptos: atq; inherendo creature ab agnoscenda creatoris sui maiestate re flexos. In propria uenit. quia in mũdo. quẽ p diuinitatem fecit: per hu mãnitate apparuit. In propria uenit quia in gẽte iudea: quã sibi prę cęte ris nationibus speciali gr̃a copulauerat: incarnari dignat⁹ est. In mun do ergo erat: & in mũdũ uenit. In mũdo erat per diuinitatẽ. In mundũ uenit per incarnationẽ. Venire quippe uel abire humanitatis est: mane re diuinitatis. Quia ergo cũ in mundũ esse per diuinitatẽ: mũdus eum nõ cognouit. dignat⁹ est uenire in mũdũ per hũanitatem: ut uel sic eũ mũdus cognosceret. Sed uideamus quod sequitur. (In propria uenit: & sui eũ nõ receperũt.) Quẽ enim in potẽtia deitatis cũcta creantẽ regen tẽq; nõ cognouerãt: ipm in carnis infirmitate miraculis coruscantẽ reci pere noluerũt. Et quod grauius est: sui eũ nõ receperunt. hoies. s. quos ipse creauit. Iudei quos peculiarẽ sibi elegerat in plebem. quibus suę co gnitionis reuelauerat archanũ: quos mirificis patrũ glorificauerat acti bus. quibus suę legis doctrinã cõtulerat. Ex quibus se incarnandũ pro miserat: & in quibus se incarnatũ ut pmiserat ostendit. Ipsi eũ recipere uenientẽ magna ex pte recusaꝝ. Neq; eni oẽs recusarũt: alioquin null⁹ esset saluus. Nũc aũt multi eũ ex utroq; populo credendo receperunt. De quibus euãgelista cõsequenter insinuat dicens. (Quotquot aũt re ceperũt eum dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomi ne eius.) Cõsideremus fratres charissimi quãta gr̃a redemptoris nr̃i: q̃ magna sit multitudo dulcedinis eius. Vnicus ex patre natus est: & no

Mat.xi.b

Ioã.v.f.

Sicut a seip so nemo esse põt. ita a seip so nemo sapi ens esse põt. Ecclesia.i.a.

Mũdus quos designat.

Venire hũa nitatis: ma nere. diuini tatis est.

luit remanere unus. Descendit ad terram ubi fratres sibi. quibus regnū patris sui dare posset acquireret. Deus ex deo natus est: & noluit esse dei tantum filius. Fieri homo dignus est: non amittens quod erat: sed assumens quod nō erat ut per hoc hoies in dei filios transferret: glorieq́ sue faceret coheredes: q quod ipse semp habebat per naturā: iciperēt habere per gratiā Cōsideremus quāta uirtus est fidei: cui⁹ merito potestas datur hoibus filios dei fieri. Vnde bene scriptū est qa iustus ex fide uiuit Viuit eni iustus ex fide: nō illa quę labioꝝ tātū cōfessione profertur sed ea que per dilectionē operatur. Alioquin fides si nō habeat opa: mortua est in semetipsa. Nullus seipsum despiciat. Nullus de sua salute desperet. Curramus oēs: curramus singuli. ut qui eramus lōge: mereamur fieri prope in sanguine xp̄i. Videamus quod dicitur (Quia quotquot receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri) Quotquot inqt receperūt. Nō est eni personaꝝ acceptor deus: sed in oī gēte quę timet eum: & operatus iustitiā acceptus est illi. Quo aūt ordine credētes filii dei possunt fieri & quātū hęc generatio a carnali distet subsecutus euangelista designat (qui nō ex sanguinibus inqt: neq́ ex uolūtate carnis: neq́ ex uolūtate uiri sed ex deo nati sunt.) Carnalis quippe nr̄a singulorū generatio ex sanguinibus. i. ex natura maris & femine a cōplexu coniugii duxit originē. At uero spūalis spūs sc̄ti gr̄a ministratur: quā a carnali distinguēs dn̄s ait. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spū sc̄tō: nō potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne caro est. & quod natum est de spū: spūs est. Verū ne quis hoim dubitet filiū esse dei: dat exēplū euāgelista. Quia & ipse filius dei hō fieri & inter hoies habitare dignatus ē ut hūanę particeps existēdo fragilitatis hoies diuinę uirtutis sue donaret esse participes. (Et uerbū caro factum est & habitabit in nobis.) qd̄ est dicere: & filius dei hō factus est: & inter hoies conuersatus est. Solet nāq́ scriptura modo anime: modo carnis uocabulo totū designare hominē. Animę uidelicet ut scriptū est. Quia descēdit iacob in egyptū in animabus septuaginta. Carnis uero ut rursus scriptū est. Et uidebit oīs caro salutare dei. neq́ eni uel animę sine corporibus descēdere in egyptum: uel caro sine aīa uidere aliquid potest: sed hic p aīam totus hō. ibi signatur p carnē. Sic ego hoc loco quod dicitur. Et uerbū caro factum est nihil aliud debet intelligi q̄ si diceret: & deus hō factus est: carnē uidelicet induēdo: & aīam: ut sicut quisq́ nostrū unus hō ex carne cōstat: & aīa ita unus ab incarnationis tpe xp̄s ex diuinitate: carne & aīa constet. Deus ab ęterno in ęternū existēs uerus ut erat: hominē ex tēpore assumēs in unitatē suę persone uerā quā nō habuerat: induit carnē. Seqtur. (Et uidimus gloriā eius: gloriā quasi unigeniti a patre: plenū gratie & ueritatis.) Gloriā xp̄i quā ante incarnationē uidere non poterāt hoies post incarnationē uiderunt. Aspiciētes humanitatē miraculis refulgē-

Quare deus dignatus est fieri homo

Abacuc. ii.a
Fides sine operibus mortua est.

Actuū.x.c

Ioā.iii.a.

Ioā. ibidem

Gene.xlvi.c.

Luce.iii.b

Xp̄s ab icarnationis tēpore ex diuinitate carne & aīa constat uerus hō.

tem & intelligentes diuinitatē intus latitantē. Illi maxime: qui & eius claritatē ante passionē transfigurati in monte sancto contēplari meruerunt: uoce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui. Et post passionē resurrectionis ascēsionisq; ipsius gloria conspecta: spūs eius sunt dono mirifice refecti Quibus oībus manifeste cognouerunt quod huiusmodi gloria nō cuilibet sanctoꝝ: sed illi solum homini q esset in diuinitate unigenit⁹ a patre cōueniret. Quod aūt seqtur. (Plenum grē & ueritatis) Gr̄a plenus erat idē hō xp̄s iesus: cui singulari munere pręceteris mortalibus datū est: ut statim ex quo in utero uirginis cōcipi: & homo fieri inciperet: uerus esse & deus. Vnde & eadē gloriosa semp uirgo maria nō solum hominis xp̄i: sed & dei genitrix recte credēda & confitēda est. Idē ueritate plenus erat & ip̄e est. Ipsa uidelicet uerbi diuinitate quę hominē illum singulariter electū cū quo una xp̄i psona esset assumere dignata ē. Nō ... d suę diuinę substātię (ut heretici uolūt) i faciēdā hoīs naturā cōmu... d ipse apud patrē manēs totum quod erat totā de semine dauid na... eri hominis quā nō habebat suscipiēs. Vnde oportet fratres cha... ut qui humanā redēptoris nr̄i natiuitatē hodie annua deuotio... olimus & diuinā piter & humanā eius naturā nō ānuo sed cōtinuo ... er amplectatur amore. Diuinā per quā creati sumus: cū non esse... Humanā per quā recreati sumus cū perditi essemus. Et quidē diui... nditoris nr̄i uirtus sine assumptione hūanitatis nos recreare erat idonea. Vna aūt eiusdē redēptoris nostri infirmitas sine assumēte se: & inhabitante in se: & operāte p se diuinitate nos recreare nequiuit. Atq; ideo (uerbū caro factū est) idest deus hō factus est. Et habitauit in nobis: ut per cognitū nobis hominis habitū in nobis conuersando cōgrue nos ad loquēdum instruere: nobis uiuēdi uiā prebere: pro nobis contra hostē confligere: nostrā mortē moriēdo ac resurgēdo posset destruere. Per coeternā uero deo patri diuinitatē nos interius uiuificando ad diuina sustolleret: remissionēq; nobis peccatoꝝ pariter & spūs sancti dona cōcederet: & post bonoꝝ pfectionē opeꝝ nō solū nos ad uidēdā gloriā clarificatę suę pducerēt hūanitatis: sed incōmutabilē nobis essentiā suę diuine maiestatis ostēderet. In q̈ uiuit & regnat cū pr̄e & s. s. &c.

Luce.iij.c.

Gloriosa virgo maria nō solū xp̄i sed et dei genitrix credēda est

Hūanitas xp̄i nequiuit nos recreare sine diuinitate. diuinitas vero recte potuit

Segmētum ex euangelio luce secundo capite. c. quod canitur in die circuncisionis dn̄i nostri.

IN illo tēpore: postq̄ consumati sunt dies octo ut circuncideretur puer. uocatum est nomē eius iesus. Quod uocatum est ab angelo priusq̄ in utero conciperetur.

Homilia uenerabilis bedę presbyteri.

SAnctam uenerandamq; presentis festi memoriam paucis quidem uerbis euangelista comprehendit. Sed non pauca cele...

ctis misterii uirtute grauidam reliquit. Exposita namq; natiuitate dominica: cuius gaudia mox angeli dignis laudibus extulerunt. pastores deuota uisitatione celebrarunt: omnes qui tunc audiere mirati sunt. Nos quoq; p modulo nr̃o: prout potuimus proxime dño largiente cõgruis missarũ hymnorumq; sollenniis exigimus. Subiungit atq; ait. (Et post q̃ cõsumati sunt dies octo ut circuncideretur puer: uocatum est nomen eius iesus: quod uocatum est ab angelo priusq̃ in utero cõciperetur.) Hec sunt festiuitatis hodiernę gaudia ueneranda. Hec solennitas diei. Hec illa superne pietatis munera sacro sancta: quę fidelium cordibus cõmendans apostolus ait. Quia ubi uenit plenitudo tpis: misit deus filium suũ natum ex muliere factum sub lege: ut eos qui sub lege erant ridemeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. Magna nãq; dispẽsatiõe pietatis ad redẽptionẽ generis humani deus pater nõ angelum: nõ archangelũ: sed filium suum unigenitum mittere dignatus est. Quem q[uia] in diuinitatis sue specie uidere nequiuimus: magna rursus dilectioni[s] te prouidit: ut hunc factum ex muliere. hoc est ex maternę carnis [sub]stantia sine uirili admixtione conceptum ad humanos uerorum hom[inum] proferret aspectus. Qui in diuina uirtute ac substantia manens p[er] quod erat: uerã nature mortalis infirmitatem: quã nõ habebat i[ndue]ret. Et ut nobis necessariã obediendi uirtutem precipuo cõmẽdar[et exem]plo: factum sub lege filiũ suum misit deus in mũdum. Non quia [le]gi quicq̃ debeat: qui unus magister nr̃: unus est legislator & iude[x:] ut eos qui lege positi onera portare nequiuerant: sua cõpassione iuuaret: ac de seruili cõditione: que sub lege erat: ereptos in adoptionem filiorum que p grãm est sua largitate reduceret. Suscepit igitur circuncisionem lege decretã in carne qui absq; oĩ prorsus labe pollutionis apparuit in carne. Et qui in similitudinem carnis peccati: nõ aũt in carne peccati aduenit: remedium quo caro peccati cõsueuerat mundari: nõ respuit. Sic etiã undã baptismatis: q̃ noue gratię populos a peccatorum sorde lauari uoluit: ipse non necessitatis: sed exẽpli causa subiit. Scire etenim debet ur̃a fraternitas: quia idẽ salutifere curationis auxilium circuncisio in lege cõtra originalis peccati uulnus agebat: quod nunc baptism[us] agere reuelãte gratie tpe consueuit. excepto quod regni celestis ianua necdum intrare poterãt: donec adueniens benedictionem daret: qui legem dedit: ut uideri possit deus deorum in syon. Tãtum in sinu abrahe post mortem: btẽ requiei consolati supne pacis ingressum spe felici expectabant. Qui. n. nunc p euangelium suum terribiliter: ac salubriter clamat. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spũ sancto non põt introire in regnum dei. Ipse dudum per legẽ suã clamabat. Masculus cuius prepu[ti]cii caro circuncisa nõ fuerit: peribit anima illa de populo suo: quia pactum meũ irritum fecit. i. quia pactum uite in paradiso hominibus mã[datum]

Ad galatas iiij.a

Xp̃s factus sub lege nihil legi debebat.

Circũcisio in lege veteri q[ui]d [a]gebat.

Joã. iij. a

Gene. xvii

datū adā p̄uaricāte trāsgressus est: in quo oēs peccauerūt: pibit de cetu sancto℞: si nō ei fuerit remedio salutari subuentū. Vtraq; ergo purificatio & circūcisionis uidelicet in lege & in euāgelio baptismatis tollēdæ p̄uaricationis primæ gr̄a posita est. Et ne cui sc̄lo labētis ætatis supni respect⁹ munera deessent: illi quoq; q mūdi in exordio usq; ad tpa datę circūcisiōis: uel post datā circūcisionē de aliis natiōibus deo placuerūt uel hostia℞ oblatiōib⁹: uel certæ sola fidei uirtute: suas suorumq; aīas creatori cōmēdātes a primi reat⁹ uinculis absoluere curabāt. Sine fide enim impossibile est placere deo. Et sicut alias scriptū est. Iustus autē ex fide uiuit. Sed ueniens in carne dei filius solam carnis naturā: nullā aūt pc̄ti contagionē traxit de adam. Et quia sp̄ūs sancti uirtute de uirgīe cōceptus & natus est: & nullo eguit munere gratie renascentis: utrūq; genus purificatiōis subire dignatus est. Et circūcisus uidelicet a parētibus octaua die natiuitatis: & tricesimo ætatis anno baptizatus a ioāne. Immo etiam tertiū salutaris hostiæ munus ipse dn̄s templi pro se non respuit offerri: cuius die hinc tricesima tertia dn̄o opulante uestra charitas auditura simul est: & celebratura misteriū. Cuncta inq̄ & legalis & euāgelicæ purificationis gr̄a: qui nullo indiguit: dn̄s suscipe non despexit ut & cōsumandæ iam legis decreta suo tpe doceret esse saluberrima: & aduenietis euangelii cunctis fidelibus ostēderet aquæ subeūda remedia. Sed & hoc quod eodē die suæ circuncisiōis nomen ut iesus uocaretur accepit: ad imitationē priscæ fecit obseruatiōis. Quam ex eo credimus sumptam qd̄ abraam patriarcha: q primū circuncisiōis sacramentū in testimoniū suæ magnæ fidei & diuinæ ad eū factæ promissionis accepit: eodē die suæ suorumq; circuncisionis: etiam nōis amplificatione simul cum sua cōiuge bn̄dici promeruit. Vt qui eatenus abram pater excelsus dictus est deinde abraam idest pr̄ multarum gētiū uocaretur quia patrem inquit multa℞ gentiū cōstitui te. Quę fidelissima promissio tam late p orbē iam patet impleta: ut etiam nos ipsi de gentibus ad fidei illius deuotionē uocati ipsum nos patrē spiritualiter h̄re gaudeamus. Dicente etiam nobis ap̄lo. Si autem uos christi: ergo semē abrahę estis secundū promissionem & heredes. Et saray inquit uxorem tuam nō uocabis saray: sed sarram. i. nō uocabis principē meam: sed principem. Videlicet aperte docens ut eam q̄ tante fidei particeps & socia facta est: nō proprie principem sue domus sed absolute principem: idest omniū recte credentium femina℞ uocaret & itelligeret esse parentem Vnde btūs petrus apostolus credentes de gentibus fœminas ad humilitatis: castitatis: & modestie uirtutem prouocans eiusdem matris nostrę sarræ debita cū laude meminit. Sicut sarra inquit obediebat abrahę dn̄m eum uocans. cuius estis fili bn̄efacientes & non ptimentes ullam pturbationem. Necnon dilectionem uestram fratres ammonere cu

i. Corin. xv.

Hebre. xii. b

Abacuc. ii. a

Ad ro. x. g.

Dn̄s quare suscepit cuncta gn̄a purificationis.

Gen. xvii. a.

Ad gal. iii. d

Gen. xvii. a.

i. petri. iii. b.

rauimus:ut singuli uestrũ meminerint etiã seipsos pcepta fide xp̃i cum patriarchis nõ solum nois excelsi meruisse cõsortiũ:sed pcepta in xp̃o purificatiõe baptismi salutaris deriuatum a noie xp̃i gaudeãt mutasse cognomen.& hoc usq; ad finem firmũ intemeratumq; seruare contendant. Gaudẽtes in se illud Esaie uaticinium esse cõpletũ. Et seruos suos

Esaie.lxv.c

uocabit noie alio hoc est noie xp̃iano:quo oẽs nũc serui xp̃i se delectãtur insigniri. Neq; eñ nomen aliud sub cœlo datum est hoibus:in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde ꝓpheta cõsequenter adiungit. In quo

Esaie ibidẽ.

q bñdicendus est sup terram:bñdicetur in dño amen. Dicit & alias de eodem multiplicanda etiam de gentibus ecclesiam alloqns. Videbunt

Esaie.lxij.a.

gentes iustum tuum:& cuncti reges inclitum tuum: & uocabit tibi nomen nouum:qd os dñi noiauit. Quare aũt puer q natus est nobis:& fi-

Quare filius dei vocatus est iesus

lius datus est nobis Iesu.idest saluatoris nomen accepit: nõ expositiõe ut a nobis possit intelligi:sed sollicita ac uigilli eget intentione:ut etiã nõ possimus eiusdem nois participatione saluari. Legimus quippe an-

Mat.j.d.

gelo interp̃tante qa ipse saluũ faciet pplm suum a pc̃tis eoꝝ. Et indubitanter credimus ac spamus:qa qui a peccatis saluat:ipse etiam a corruptionibus q̃ ob pc̃tã contingerunt:& ab ipsa morte saluare nõ ommit-

Psalmus.cij.

tit:psalmista testante:qui ait. Qui ꝓpitius fit oĩbus iniquitatibus tuis.q sanat oẽs infirmitates tuas. Dimissis qppe oĩbus iniqtatibus nr̃is:ad integrũ oẽs languores nr̃i sanabunt:quum resurrectiõis gloria apparẽte: nouissime inimica destructa fuerit mors. Et hec est uera ac plenaria no-

Circumcisio xp̃i annorum quãdo erit.

stra circuncisio:quum in die iudicii cunctis simul aie carnisq; corruptionibus exuti mox pacto iudicio ad uidendã ppetuo creatoris faciem aulam regni cœlestis ingredimur. quod est typice paruulos circuncisos ad templũ dñi ierosolymã cum laudibus hostiaꝝ munus acceptabile deferre. Vera etenim circuncisione purgatus tẽplum dñi cũ muneribus ingreditur:q gloria resurrectionis ab oĩ labe mortalitatis excoctus: cũ bonoꝝ fructibus operũ supne ciuitatis gaudia sempiterna subit. Diru-

Psal.cxv.

pisti inquiens uincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Vota mea dño reddã in atriis domus dñi.in cõspectu oĩs ppl̃i eius: in medio tui ierusalẽ. Quod desideratissimum tp̃s cœlestis introitus illa dies octaua q̃

Etates sex huius seculi.

circũcisio celebrat:indicat. Sex etenim sunt huius sęculi ętates notissimis tẽpoꝝ distincte articulis:in qbus pro deo laboribus insistere: & pro

Septia etas

adipiscẽda requie sempiterna ad tp̃s opari necesse est. Septima est ætas

Octaua qn do.

nõ in hac:sed in alia uita quiescentiũ usq; ad tẽpus resurrectiõis aiarũ. Octaua aũt ætas ipsa est dies resurrectiõis sine ullo tp̃is fine btã. Quando uero oĩno de circũcisionis gl̃ia coruscãte nõ ultra corpus quod corrũpit agrauabit aiam:nõ terrena ĩhabitatio deprimet sensũ multa cogitantẽ:sed corpus iam ĩcorruptibilẽ letificabit aiam.& subleuabit cęlestis habitatio totum hominẽ uisioni sumi conditoris inherẽtẽ. Cuius

æterni diei btitudinẽ ꝓpheta in illo cuiꝰ supra meminimꝰ psalmo cõse quẽter exponit. aiam suã ipse & oẽs interioris sui hoĩs affectus ad bñdicẽdũ dñm recordãs oẽsq; retributiones eiꝰ excitãs. Qui redimit de interitu inqt uitam tuam. Qui satiat in bonis desideriũ tuũ. q coronat te ĩn miseratiõe & misericordia: renouabit᷑ ut aqlæ iuuẽtus tua. Et ideo necesse est frẽs charissimi ut qui ad huius pulcherrimæ renouatiõis quasi summæ circũcisiõis desideramꝰ p̃mia cõtingere: curemꝰ primitiuæ circũcisionis & renouatiõis: q̃ quotidianis uirtutũ exercitatiõibꝰ fit: subire remedia. Deponamꝰ secundũ pristinã cõuersatiõnẽ ueterẽ hominẽ: qui corrũpitur secundũ desidæria erroris. Renouemur spũ mentis nostre: & induamur nouũ hoiem: qui secundum deum creatꝰ est in iusticia & sanctitate ueritatis. Neq; audiẽtes circuncisionẽ: in uno corporis nři membro nos castigare sufficere credamꝰ. Sed sicut idẽ alibi monet apl's mũdemur ab oi labe & inqnamẽto carnis & spũs pficientes sctificationẽ in timore dei. Relegamꝰ facta apostoloꝝ: uideamꝰ ꝓthomartyrẽ beatissimũ stephanũ iudeis secum dño pseq̃ntibus terribiliter intonãtem. Duri ceruice & incircuncisi cordibus & auribus: uos semp spiritui sancto resistitis. Si ergo incircuncisi cordibus & auribus sunt: q spiritus sancti monitis resistunt: est utiq; cordium & aurium circuncisio. Et si est cordium & aurium: & est omnium exterioris interiorisq; hoĩs nostri sensuum. Qui eñ uiderit mulierem ad cõcupiscẽdum eam: qui habuerit oculos sublimes: huius incircũcisus est uisus. Quibus uoce ueritatis dicitur. Qui est ex deo: uerba dei audit: propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. Incircuncisi sunt auribus. incircuncisi sunt lingua & manibus: quorum os locutum est uanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem sunt in cordibus eorum & dextera eorum repleta est muneribus. Incircuncisi sunt gestu quos propheta redarguit dicẽs. Ve qui potentes estis ad bibendum uinum. & uiri fortes ad miscẽdam ebrietatem. Incircuncisi sunt olfatu & tactu: qui unguento & uariis sunt delibuti odoribus qui sequuntur amplexus meretricis aspergentis cubile suum myrrha & aloe & cinamomo. Incircuncisi gressibus sunt: de quibus Psalmista commemorat. Contritio & infelicitas in uiis eorum: & uiam pacis non cognouerunt. At qui omni custodia seruant suum cor qui auertunt oculos suos ne uideant uanitatem: qui sepiunt aures suas spinis ne audiant linguam nequam. qui gustant & uident quam suauis est dominus. quam beatus uir qui sperat in eo: qui custodiunt uias suas ut non delinquant in lingua sua. qui donec superest halitus in eis: & spiritus dei in naribus eorum. Non loquuntur labiis iniquitatẽ: nec lingua eorum meditatur mendaciũ. qui leuant manus suas ad mãdata dei: qui diligunt. qui ab omni uia mala prohibent pedes suos:

Psal. ciĳ.

Ut perueniamus ad gloriam quid agendum.

Circuncisio multipliciter accipitur.

ĳ. Cori. viĳ. a.

Actuũ. viĳ. g

Circũcisio interius & exterius est oĩm sensuum.

Joan. viĳ. f.

Esaie. v. e.

Psal. xiĳ.

fit cūstodiāt uerbū dei. Isti oēs sensus suos petra spūalis exercitii se ostē-dūt habere circuncisos. Petrinis quippe cultris circuncisionē fieri legi-mus. Petra erat christus: cuius fide & spe & charitate nō solū in baptis-mate sed in omni prorsus actione deuota purificātur corda bonorum. Que & ipsa quotidiana nostra circuncisio idest cōtinua cordis mundatio semp octaue diei sacramentū celebrare non desistit. quia nos in exēplum dñice resurrectiōis: que octaua die idest post septimam sabbati facta est: sanctificare consueuit: ut quomodo resurrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uite ambulemus. Prestante deo qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Petrinis cultris circuncisio fiebat.

Segmentum ex euangelio Matthei secundo capite littera. A. quod canitur in epiphania domini.

CVm nat⁹ esset iesus in bethleē iudę in dieb⁹ herodis regis: ecce magis ab oriēte uenerūt ierosolymā dicentes. Vbi est q nat⁹ est rex iudeoꝝ? Vidim⁹ eñ stellā eius in oriēte: & uenim⁹ adorare eum. Audiēs aūt herodes rex turbatus est: & oīs ierosolyma cū illo. Et cōgregās oēs pricipes sacerdotū & scribas ppl'i: sciscitabatur ab eis ubi xp̄s nasceret. At illi dixerūt ei. In bethleē iudæ. Sic eñ scriptum est p prophetā. Et tu bethleē terra iuda nequaq̄ minima es in pricipibus iuda. Ex te eñ exiet dux q regat ppl'm meū israel. Tunc herodes clā uocatis magis diligēter didicit ab eis tp̄s stellæ q̄ apparuit eis: & mittens illos in bethleem dixit. Ite & iterrogate diligēter de puero: & cū iueneritis renūciate mihi: ut & ego ueniens adorem eum. Qui cū audissent regem abierūt. Et ecce stella quam uiderāt in oriēte antecedebat eos usq̄ dū ueniens staret supra ubi erat puer. Vidētes aūt stellā gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domū iuenerunt pueꝝ cū maria matre eius: & procidētes adorauerunt eū: & apertis thesauris suis obtulerūt ei munera aurum thus & myrrham. Et respōso accepto in somniis ne redirent ad herodem: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.

Venimus a-do. ātepenultimā acuitq; tpis pteriti ē Miche. v. a. Exiet dux lau rē. exibit legē dū erat. Et intrantes do-mum. &c.

Nō est grece itrātes sed ve niētes in do-mū. q. veniē-tes ad domū ne videātur qd absit itrā do irrupisse in domum.

Cum maria matre ei⁹ di-cēdū erat cū maria matre sua qm recī-procū est sed greca vox in quit laurēti⁹ decepit iterp tē vt in aliis qbusdā locis in qb⁹ sui per ei⁹ & ecōuerso sepe posuit.

Homilia beati gregorii papæ de eadē lectione habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli in die epiphanie.

SIcut in lectione euangelica fratres charissimi audistis: celi nato regē rex terrę turbatus est: quia nimiꝝ terrena altitudo cōfunditur cū celsitudo celestis apitur. Sed q̄rēdum nobis est quid nam sit qđ redēptore nostro nato pastoribus angelus apparuit: atq; ad adorādum hūc ab oriente magos nō angelus sed stella pduxit? Quia uidelicet iudeis tanq̄ ratiōe utētibus rationale aīal (idest angelus) p̄dicare debuit. Gentiles uero quia uti ratione nesciebant: ad cognoscēdum dñm nō per uocem: sed p signa pducunt. Quia & illis prophetiæ tanq̄ fidelibus nō ifidelibus: & istis signa tanq̄ infidelibus nō fidelibus data sunt. Et notādum qđ redemptorem nostrū cū iam pfectæ esset ætatis eisdē

Quare gēti-les ad cogno scendū dñm p signa perducti sunt.

gentibus apostoli prædicant: eumq; paruulum & necdū p humani cor poris officiū loquentē: stella gentibus denunciat: quia nimirum ratio/nis ordo poscebat: ut & loquentē iam dn̄m loqntes nobis p̄dicatores innotescerent: & necdum loquentē elementa muta p̄dicarent. Sed in omnibus signis q̄ uel nascēte dn̄o uel moriente eo monstrata sunt: con siderandū nobis est q̄nta fuerit in quorundā iudeoꝝ corde duricia: quę hūc nec p prophetiæ donum: nec per miracula agnouit. Omnia quip/pe elementa auctorē suum uenisse testata sunt. Vt enim de his q̄dā usu humano loquar: deū hunc celi esse cognouerunt: quia protinus stellā miserunt. Mare cognouit quia sub plantis eius se calcabile p̄buit. Ter/ra cognouit: quia eo moriēte cōtremuit. Sol cognouit: quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes cognouerunt: quia tpe mortis eius scissa sunt. Infernus cognouit: quia hos quos tenebat mortuos reddi/dit. Et tn̄ hūnc quem deum omnia insensibilia elementa senserunt: ad huc infidelium iudeoꝝ corda deum esse minime cognoscunt: & durio ra saxis scindi ad penitēdū nolunt: eumq; confiteri abnegant: quem ele menta (ut diximus) aut signis aut scissionibus deum clamant. Qui etiā ad damnatiōis suę cumulū eum quē natū despiciunt: nascituꝝ lōge an te p̄sciuerunt. Et nō solum quia nasceretur nouerant: sed etiā ubi nasce retur. Nā ab herode reqsiti: locū natiuitatis eius exprimūt. quē scriptu/re auctoritate didicerunt. Et testimonium p̄ferunt quo bethleem ho/norari natiuitate noui ducis ostēditur: ut ipsa eoꝝ gēmina sciētia & il/lis fieret ad testimoniū damnationis: & nobis ad adiutoriū credulitatis Quos profecto bn̄ isaac cū iacob filium suū bn̄diceret designauit: qui & caligans oculis & profetans in p̄senti filiū non uidit: cui tā multa i po sterū p̄uidit. Quia nimiꝝ iudaicus ppl's prophetię spū plenus & cecus: eum de quo multa in futurū p̄dixit in p̄senti positū nō agnouit. Sed na tiuitate regis nr̄i cognita: herodes ad callida argumenta conuertit. Et ne terreno regno priuaretur renunciari sibi ubi puer inueniretur postu lat: adorare eū uelle se simulat ut quasi hunc si inuenire possit extiguat Sed quāta est humana malicia cōtra cōsilium diuinitatis? Scriptū quip pe est. Nō est sapiētia nō est prudētia nō est consiliū cōtra dn̄m. Nā ea q̄ apparuit stella: magos p̄duxit. Natū regē reperiunt: munera deferunt: & ne redire ad herodē debeāt in somnis ammonētur. Sicq; fit ut iesum quē q̄rit herodes inuenire nō possit. Cuius p̄sona qui alii q̄ hypocritę designātur? qui dum ficte q̄runt inuenire deum nunq̄ merentur. Sed i/ter hec sciēdum est quod priscillianiste heretici nasci unūquēq; hoiem sub cōstitutiōibus stellaꝝ putāt & hoc in adiutoriū sui erroris assumūt: qd noua stella exiit cū dn̄s i carne apparuit. Cuius fuisse fatū eādē q̄ ap/paruit stellā putant. Sed si euangelii uerba pensamus quibus de eadem stella dicitur. (Vsq; dum ueniens staret supra ubi erat puer.) dū nō puer

Oia elementa deum venisse testata sunt.

Gen. xxvij. d.

Prou. xxj. d.

Vita humana nec a stellis nec a fato sed a solo do administrat

ad stellam: sed stella ad puerum cucurrit (si dici liceat) non stella fatum pueri: sed fatū stelle is qui apparuit puer fuit. Sed absit a fidelibus ut esse aliquid fatū dicant. Vitam quippe hominū solus conditor qui creauit administrat. Neqȝ enim propter stellas homo: sed stelle propter hominē facte sunt. Et si stella fatū hominis dicit: ipsis suis ministeriis subesse homo phibetur. Certe cum iacob de utero egrederetur: & prioris fratris plantam teneret manu: prior pfecte nequaq̄ egredi potuit nisi subsequens inchoasset. Et tamē cum uno tpe eodēqȝ momēto utrumqȝ mater fuderit: nō una utriusqȝ uite eq̄litas fuit. Sed ad hec solēt mathematici respondere. quia uirtus cōstellationis in ictu puncti est: quibus ediuerso nos dicim⁹: quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu pūcti constellatio permutatur: necesse iam erit ut tot dicant fata quod sunt membra nascētium. Fateri etiā mathematici solent: quod q̄squis signo aquarii nascit: in hac uita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores uero (ut fertur) getulia non habet. Quis igitur dicat: quia illic nemo ī stella aquarii nascitur ubi piscator oīmodo nō habetur? Rursum quos signo nasci libræ asserunt: trapezitas futuros dicunt. Et trapezitas multaꝝ gentium prouintie ignorant. Fateantur ergo necesse est: aut hoc in eis signū deesse: aut effectum fati nullo modo habere. In persaꝝ quoqȝ francorumqȝ terra reges ex genere prodeunt. Quibus profecto nascentibus: quis estimet q̄ti eisdē momētis horarū ac temporꝝ ex seruili conditione nascuntur? Et tū regū filii uno eodēqȝ sydere cū seruis nati ad regnū proficiunt: cum serui qui secū fuerant nati in seruitute morantur. Hec de stella breuiter diximus: ne mathematicorum stultitiam idiscussam p̄teriisse uideamur. Magi uero aurū thus & myrrhā deferūt. Aurū quippe regi cōgruit. Thus uero in dei sacrificiū ponebatur. Myrrha aūt mortuorū corpora cōdiuntur. Cū ergo magi quē adorant etiam mysticis muneribus p̄dicant. auro regē. thure deū. myrrha mortalē. Sunt uero nōnulli heretici qui hunc deum credunt: sed ubiqȝ regnare nequaq̄ credunt. Hi profecto thus ei offerunt: sed offerre etiā aurum nollūt. Et sunt nōnulli qui hunc regē existimant: sed deum negant. Hi uidelicet aurū offerunt: sed offerre thus nollunt. Et sunt nonnulli qui hunc & deū & regem fatentur: sed assumpsisse carnem mortalē negant. Hi nimirū ei aurū & thus offerunt: sed offerre myrrham assumpte mortalitatis nolunt. Nos itaqȝ nato dn̄o offeramus aurum: ut hunc ubiqȝ regnare fateamur. Offeramus thus: ut credamus quod is q̄ in tpe apparuit: deus ante tēpora extitit. Offeramus myrrham: ut eum quē credimus in sua diuinitate impassibilē: credamus etiā in nostra fuisse carne mortalē. Quamuis in auro thure & myrrha itelligi & aliud pōt. Auro namqȝ sapiētia designatur: salomone attestante qui ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem quod deo

Gen. xxv. c.

Piscatores getulia nō habet.

Regū munera xp̄o oblata quid significant.

Aurū sapiētiā significat thus orationem. &c.

Prou. xxi. c.

incēditur uirtus orationis exprimitur: psalmista testante qui dicit. Diri gatur oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo. Per myrrhā uero car nis nostre mortificatio figuratur. Vnde sancta ecclesia de suis operari- is usq ad mortē pro deo certantibus dicit. Manus meæ distillauerunt myrrhā. Nato ergo regi aurū offerimus si in cōspectu illius claritate su pne sapiētie resplēdemus. Thus offerimus si cogitationes carnis p san- cta orationū studia in ara cordis incendimus: ut suaue aliqd deo p cele ste desiderium redolere ualeamus. Myrrham offerimus si carnis uitia p abstinentiam mortificamus. Per myrrham namq (ut diximus) agi- tur ne mortua caro putrefiat. Mortuam uero carnē putrescere est: hoc mortale corpus fluxui luxurie deseruire. Sicut de quibusdā per prophe tam dicitur. Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quip- pe in stercore suo putrescere est: carnales homines in fetore luxurie ui- tam finire. Myrrham deo ergo offerimus quando hoc mortale corp a luxurie putredine per condimentum continētie custodimus. Magnū uero aliquid nobis magi innuunt: quod in regionem suam per aliam uiam reuertuntur. In eo namq quod ammoniti faciunt: nobis profe- cto insinuāt quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est: ad quā iesu cognitio redire per uiam qua uenimus prohibeamus. A regione etenim nostra superbiendo: inobediēdo: uisibilia sequendo: cibum ue- titum gustando: discessimus. Sed ad eam necesse est ut flendo: obediē- do: uisibilia contemnendo: atq appetitū carnis refrenando redeamus. Per aliam ergo uiam ad regionē nostram regredimur: quoniam qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus: ad hec per lamēta reuo camur. Vnde necesse est fratres charissimi ut semp pauidi: sempq sus- pecti ponamus ante oculos cordis. Hinc culpas operis: illinc iudicium extreme districtionis. Pensemus ergo q̄ districtius iudex ueniat qui iu- dicium minatur & latet. Terrores peccatoribus intentat. & tamen ad- huc sustinet. Et iccirco uenire citius differt: ut minus inueniat quos cō demnet. Puniamus fletibus culpas: & cum psalmiste uoce p̄ueniamus faciem eius in confessione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla deci- piat. nulla uana leticia seducat. In proximo namq est iudex qui dixit. Ve uobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Hinc enim Salo- mon ait. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudii luctus ocupat. Hinc rursus ait. Risum reputaui merorem & gaudio dixi. Quid fru- stra deciperis? Hinc rursus ait. Cor sapientium ubi tristicia est: & cor stultorum ubi leticia. pertimescamus igitur precepta dei: si celebram ueraciter solemnitatem diei. Gratum namq deo sacrificium est: affli- ctio contra peccatum. Psalmista testante qui ait. Sacrificium deo: spi- ritus contribulatus. Peccata nostra præterita in baptismatis perce- ptione laxata sunt. Et tamen post baptisma multa commisimus: sed

Psal.cxl.
Canti.v.b.
Joelis.i.d.
Iumenta in stercore pu- trescere quid est.
Regio nr̄a paradysus ē sed per aliā uiā querēdā.
Psal.xciiij.
Luce.vi.d.
Prou.xiiij.b.
Ecclesia.ij.a.
Eccles.vij.a.
Psalm.l.

lauari iterū baptiſmatis aqua nō poſſum⁹. Quia ergo & poſt baptiſmū iquinauimus uitam: baptizemus lachrymis cōſciētiam: quatin⁹ regionē noſtram p aliam uiā repetētes: qui ex ea bonis delectati diſceſſimus: ad eam malis amaricati redeamus. Preſtante domino. &c.

Segmētum ex euangelio Luce. ii. cap. F. quod canitur dominica infra octauas epiphanie domini. Hiſtoria facta eſt anno chriſti. xii. vii. kl's maii. Feria. iiii.

IN illo tpe. Cū factus eſſet dñs ieſus annorum duodecim aſcēdentibus parentibus eius in ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti: cōſumatiſq; diebus cū redirent: remanſit puer ieſus in ieruſalem: & nō cognouerūt parentes eius. Extimantes autē illum eſſe in comitatu: uenerunt iter diei. Et requirebant eum iter cognatos & notos. Et nō inuenientes regreſſi ſunt i ieruſalem requirentes eū. Et factū eſt. poſt triduum inuenerūt illum in templo ſedentem in medio doctorum audiētē illos & interrogantē eos. Stupebant autē omnes q eum audiebant: ſuper prudētia & reſponſis eius. Et uidentes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolētes querebamus te. Et ait ad illos: quid eſt quod me q̄rebatis? neſciebatis quia in his que patris mei ſunt oportet me eſſe? Et ipſi nō intellexerūt uerbum quod locutus eſt ad eos. Et deſcēdit cū eis & uenit nazareth: & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omia uerba hæc conferēs in corde ſuo. Et ieſus proficiebat ſapientia: etate & gratia apud deum & homines.

Remāſit puer ieſus & nō cognouerūt parētes eius Dicendū eſt inquit laurē. Non cognouit ioſeph et mater eius & ſic eſt grece.

Homilia uenerabilis bedæ præſbyteri.

QVeri poteſt cur dei filius ad orationem in tēplū aſcēderit: q expiari per orationem nō indigebat? Nobis utiq; exemplū reliquit: ut frequentaremus ſanctas eccleſias: ubi deo offerre debemus orationes noſtras. Quod duodecim annorum fuiſſe dicitur: pfigurabatur quia ipſe erat dies: q duodecim horas: ideſt duodecim apoſtolos erat electurus. (Conſumatiſq; diebus cum redirent: puer Ieſus remanſit in ieruſalem. Et non cognouerunt parentes eius.) Parentes Chriſti typum ſinagoge tenent. quia iudæi in comitatu ſuo deum querunt. ideſt in cultu ueteris legis: qui uere habitat in Ieruſalem: ideſt inter nos. ſcilicet in ſancta eccleſia. (Et requirebant eum inter cognatos & notos) uidelicet per cerimonias legis putabant ſe habere deum. (Et non inuenientes regreſſi ſunt in Ieruſalem inquerentes eum.) Quia in fine ſeculi omnis iſrael ſaluus fiet. & per predicationem Helie & Enoch: Chriſtum deum habitare in eccleſia recognoſcēt: quē p obſeruationē ueteris legis ſe promereri putant. Vnde recte ſubditur quod. (Poſt triduum inuenerunt illum in medio doctorū ſedētē audiētē & iterrogantē illos?) Poſt triduum. i. poſt hoc

Chriſt⁹ duodecim annorū quid figurabatur.

quod fuit ante legem & sub lege & sub gratia ad ultimũ credent: & inter medios doctores inuenient quia dei filius inter omnes sancte ecclesie alũnos speciosior spũali gr̃a corporali existit Stupebãt aũt oẽs qui eũ audiebã: sup prudentia & respõsis eius. Quia paucitatem dierũ uidẽtes cõtẽnebãt paruitatẽ admirabãtur tñ eius sapiẽtiã. Et dixit mater eius ad illũ. (Fili quid fecisti nobis sic? Qui respõdit. Quid est quod me querebatis.) Nõ hoc q̃uis puer esset interrogauit nesciẽter quid est hoc quod me querebatis: sed q̃a oculos cordis eorũ uolebat extollere ad ĩtelligendã d uinitatẽ suã. A csi diceret. Nõ me tantũ hoiem debetis querere: sed deũ teiã simul & hominẽ oportet uos intelligere. Vnde bñ subintulit. (Quia in his q̃ patris mei sunt oportet me esse) in legis uidelicet inquisitiõe. Quia ut supius legimus interrogabat legis doctores deq̃stionib⁹ legis. Alio modo & hoc põt intelligi quod parẽtibus suis: q typũ iudeorũ tenẽt respõdit: q̃si diceret. Quid est quod me queritis in cerimoniis legis hũanitus: quẽ in ecclesia debetis intelligere manentem diuinitus. Humanitas nãq; legis est carnẽ p̃pucii abscindere: & mala ꝑ malis repẽdere. Diuinitas ecclesie sacro baptismate remissionẽ peccatoꝝ sperare & gr̃a sancti spũs interueniente & bona ꝑ malis reddere. (Et ipsi nõ intelligerũt.) quia iudei ecclesie sacramenta ignorãt. Iuxta litterã cetera sunt intelligenda. (Quia uenit nazareth: & quod mater eius cõseruabat omnia.) .i. cogitabat hec. (Et iesus plenus sapientia & gr̃a apud deũm ꝑficiebat: & etate apud homines.) Quod ergo dñs p oẽs annos in pascha cũ parentib⁹ Ierosolimã uenit: hũane nimiꝝ humilitatis indiciũ est. Hominis nãq; est ad offerenda deo sacrificiorũ spũaliũ uota concurrere: & auctorẽ suũ oratiõibus lachrymisq; sibi cõciliare ꝑfusis. Fecit ergo dñs inter homines hõ natus: quod faciendũ hominibus p angelos imperauerat deus. Seruauit ip̃e legẽ quã dedit ut nobis q puri homines sumus seruãdũ p oĩa quicq̃d deus iubet: ostẽderet. Sequamur interim humane cõuersatiõis eius exẽplũ: si deitatis gloriã delectamur intueri. Si optamus habitare in domo ei⁹ eterna in celis oĩbus diebus uite nostre Si iuuat uidere uolũtatem dñi & ꝓtegi a tẽplo sctõ ei⁹: & ne ulla in eternũ maloꝝ aura pulsemur. Meminerimus p̃sentis ecclesie domũ necessariis precũ mũdarũ frequentare munerib⁹. Quod ipse duodenis in tẽplo sedit in medio doctorũ audiens & interrogãs illos hũane est humilitatis indiciũ: immo etiã eximiũ discende humilitatis exẽplo. Dei uirtus & dei sapientia eternaq; diuinitas loq̃tur. Ego sapientia habito in cõsiliis: & eruditis intersum cogitationibus. Meum est consiliũ: & equitas mea: prudentia mea est & fortitudo. Per me reges regnant & conditores legum iusta decernunt. Beatus homo qui audit me: & qui uigilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ostii mei. Ipsa homine induta ad audiendos homines aduenire dignata est: ut nimirum homi-

Hũanitas: & diuinitas legis diuersa re pendunt.

Deus q̃re seruauit legem.

Prouerbio. viij.b.

Ut progaret nobis discendi formã: audiuit xp̃s doctores legis.

nibus quãuis summo ingenio preditis necessariam discendi uerbi formã prerogaret: ne si qui discipuli ueritatis fieri refugerẽt: magistri eficerẽtur erroris. Et bene q̃ iuuenis erat doctrine subiturus officiũ puerulus adhuc seniores audit & interrogat: ut uidelicet eorũ prouida dispẽsatione cõpescat audaciã: q nõ solum indocti sed etiã impubes ad docendũ prorũpere magis quã ad discendũ uolũt sumitti. Sequamur iter eius humanitatis si nos mãsio diuine delectat uisionis memores semp illius precepti. Audi fili mi disciplinã patris tui & ne dimittas legẽ matris tue: ut addatur gr̃a capiti tuo: & torquis collo tuo per auditũ quippe discipline paterne ac per obseruantiã materne legis gr̃a capiti nr̃o: & collo torquis addicitur: quia quãto quis diuinis intẽtus fuerit ausculare preceptis: quãto ea q̃ didicerit in unitate matris ecclesie diligẽtius obseruare studuerit: tãto & nunc dignius ad honorẽ p̃dicandi: & in futuro sublimius ascẽdet ad beatitudinẽ cum xp̃o sine fine regnãdi. Verũ ne qs existimet dñm saluatorẽ ob imperitie necessitatẽ adisse: audisseq; & interrogasse magistros: uideamus quid loquitur. (Stupebant aũt oẽs qui eũ audiebãt. sup prũdentia & respõsis eius & uidẽtes mirati sunt.) Qui enim uerus homo & uerus erat deus: ad ostendẽdũ quia hõ erat homines magistros hũiliter audiebat. Ad cõprobãdum quis erat eisdẽ loquẽtibus sublimiter respõdebat. Quod matri querẽti ac dicenti. (Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes querebamus te? respõdit Et quid est quod me q̃rebatis: nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse?) Diuine maiestatis indiciũ fuit: de qua alibi dicit. Oĩa quecũq; habet pater: mea sunt. Atq; ideo rectissime tẽplũ nõ minus ad se: quã ad patrẽ pertinere testatur. Inuẽtus quippe in tẽplo dicit. (Quia in his q̃ patris mei sunt oportet me esse.) qa nimi℞ quorũ una est maiestas & gloria: horũ etiã una sedes ac domus est. Non solũ materialẽ dei domũ: q̃ ad adorãdum eũ tpaliter fieri solet: sed etiã domũ intellectualem que ad laudandũ eũ in eternũ construitur: eque patri & filio immo etiã sanctis constat esse cõmune. Deniq; idem filius qui de se ac patre dilectori suo promittit. Veniemus ad eũ & mansionem apud eũ faciem⁹ dicit de spũ sancto. Et ego rogabo patrem & aliũ paraclitum dabit uobis: ut maneat uobiscũ in eternũ spiritũ ueritatis: quia apud uos manebit & in uobis erit. Quia uidelicet eiusdẽ sancte trinitatis: cuius una atq; inuisibilis natura diuinitas est: mãsio in cordib⁹ electorũ dispar esse nõ põt. Ergo quod dñs in templo sedens dicit. (In his que patris mei sunt oportet me esse) declaratio est cũ sempiterno deo patre potestatis & glorie. Quod igitur rediens dñs nazareth erat subditus parentibus: humane est ueritatis indicium simulq; hũilitatis exẽplũ. In ea nãq; natura subditus erat hoibus in qua minorẽ patre. unde ipse dicit. Vado ad patrẽ qa pater maior me est. In qua etiã minoratus est paulomin⁹ ab angelis. In

Nõ indocti nec impubes debẽt esse doctores.

Prouer. i. a.

Ioã. xvi. c

Ioã. xiiii. c.

Ibidẽ. b.

In humanitate subditus erat xp̃s hominibus.

illa autem in qua ipse & pater unum est: in qua nõ in tẽpore uadit ad pa trem sed semper in ipso est omnia per ipsum facta sunt & ipse est ante om nes. Multum est miranda magne dispensatio pietatis: qui dum paren tes suos mysterium diuine sue maiestatis necdum capere uidisset: exhi buit eis humane subiectionem humilitatis: ut per hãc eos paulatim ad agnitionem diuinitatis institueret. Cum enim dixisset. (Quid est hoc quod me querebatis: nesciebatis quia in his que patris mei sunt opor tet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos) Sicut euangelista consequẽter insinuat. (Descendit cum eis & uenit na zareth: & erat subditus illis.) Dicebat ergo archanum sue diuine uir tutis parentibus humane sue fragilitatis matri sue. s. uere sue carnis: & castissimo tutori castitatis illius: qui per id temporis necdum prolata lu ce euangelica: ab omnibus pene qui eos nosse poterant carnali cõiun ctione uir eius: & carnali administratione pater extimabatur simul & uocabatur ipsius domini saluatoris. Dicebat inquam his (Quia in his que patris mei sunt oportet me esse.) Qui cum arcem tãti mysterii as cendere intelligẽdo nõ possent: neq; aliter eum in his q̃ uere patris eius essent manere discernerent: nisi ut comprehendere nossent: descendit ipse cum eis ad inferiora conuersationis eorum cepitq; manere in his q̃ illoꝝ erant & erat eis pia dispensatione subiectus: donec proficiente hu militatis magisterio: quãtũ oĩbus creaturis esset p̃ferendus agnoscerẽt ? Quid ꝓ his nr̃a agat supbia obsecro paucis attendamus. Certe quum ea q̃ nõ eternaliter nouimus: sed iuuãte dñoex tpe didicimus archana scripturaꝝ: simpliciores quosq; fratres loquentib⁹ nobis intelligere nõ posse sentimus. Statim: stolli cõsuescimus: eisq; despectis de nr̃a nos q̃si singulari ac p plurima eruditiõe iactam⁹ quasi nõ sint pplures etiã mul to nobis doctiores: & q a doctoribus nolumus despici: ipsi indoctiores nobis despicere: immo etiã irridere gaudemus. Neq; reminisci curam⁹ quia nõ eis: q uel mysteria fidei: uel sui pręcepta cõditoris tãtum medi tando pcipiunt: sed iis potius qui ea que discere potuerũt: operãdo exer cent: regni aditus patet. Insup etiã scienti bonũ facere & nõ facienti pec catũ est illi. Et sicut dñs ipse testatur: omni cui multũ datũ est: multum que᷑retur ab eo. Ne nos ergo scientia inflet: sed charitas potius edificet: sequamur exemplum apparentis in homine filii dei: qui eis: quos se ad sublimia discenda sequi necdum ualere conspexit: seipsum benigna humilitate subiecit: cuius exemplo imbutos eorum animos cęlesti gra tia dignos celestis archani redderet esse capaces. (Et mater inquit eius conseruabat omnia uerba conferens in corde suo.) Omnia que de do mino uel a domino dicta uel acta cognouerat mater uirgo: diligenti us in corde retinebat: sollicite cuncta memorie commendabat. Vt cũ demum tempus predicandę siue scribendę incarnationis eius aduenι

Joã.xiiij.d. Hebre.ij.d. Psal.viij

Peccatũ est scienti bonum facere & non facienti. Multũ que retur ab eo cui multũ da tum est

ret: sufficienter uniuersa prout essent gesta posset explicare quere̅tibus Imitemur & nos fratres mei piã dñi matrem. Ipsi quoq; oia uerba & facta dñi ac saluatoris nr̅i fixa in corde co̅seruando: horum meditatione diurna & nocturna importunos inanium nocentiumq; cogitationu̅ repellamus incursus: haru̅ crebra collatione & nos & proximos nostros a fabulis supuacuis & male dulcoratis detractionu̅ colloquiis castigare atq; ad diuinę freque̅tiã laudis acce̅dere curemus. Si eni fratres charissimi ut participes futuri beatitudine sęculi habitare in domo dñi: ac ppetuo illum laudare desideramus: oportet nimi℞ & in hoc sęculo quid in futuro quęramus: sollicite p̄mostremus: frequenta̅do uidelicet ecclesię limina: & no̅ solu̅ in ea laudes dñi cane̅do: sed & in oi loco dominationis eius ea quę ad laudem gloriãq; co̅ditoris nr̅i proficiant: uerbis pariter & factis oste̅dendo. (Et iesus inquit proficiebat scie̅tia: ętate & gratia apud deu̅ & hoies.) Naturã uere humanitatis: indicat: in qua proficere ad tempus uoluit: qui in diuinitate ide̅ est: & anni eius no̅ deficie̅t. Iuxta hois quippe naturã proficiebat sapie̅tia. No̅ quide̅ ipse sapie̅tior existendo ex tpe qui a prima co̅ceptionis hora spu̅ sapie̅tie plenus pmanebat: sed eande̅: qua plenus erat sapie̅tiã: cęteris ex te̅pore paulatim demonstrando. Iusta hominis naturã proficiebat ętate. Quia de infantia ad pueritiã. de pueritia ad iuuentute̅ co̅sueto hominibus cresce̅di ordine p̲uenit. Iuxta hominis naturã proficiebat gratia: no̅ ipse per accessum te̅poris accipie̅do quod no̅ habebat: sed pandendo donum gratię: quod possidebat. Et bene quum dictum est quia iesus proficiebat sapientia: ętate & gratia: adiunctum est apud deum & homines: quia quãtum proficie̅te ętate hominibus sapientie & gratie: quę sibi inerat: dona patefaciebat: tãtum eos ad laudem dei patris semp excitare curabat peragens ipse quod cęteris agendum precepit. Luceat lux uestra corã hominibus ut uideãt opera uestra bona: & glorifice̅t patrem uestrum qui in celis est Atq; ideo no̅ solum apud homines gratia & sapientia proficere dicitur in quantum ipsi eius sapientiã gratiãq; potuere cognoscere: sed etiam apud deum inquãtum ad eius laudem: gloriam: sapientiã & gratiã: quã in eo cognouere: retulerunt. cuius beneficiis & muneribus ęternis sit laus gratiarum actio in omnia secula seculorum. Amen.

Imitãda est pia mater domini.

Xp̄s a prima conceptionis hora spu̅ sapientie plenus erat.

Mat. v. b.

❧ Segmentu̅ ex euangelio Ioannis secundo capite. A. quod canitur dñica. i. post octauas epiphanie. Miraculu̅ hoc fecit iesus anno eius. xxxi. octauo kl's Ianuarii. Feria. ii.

NVptie facte sunt in chana galilee: & erat mater iesu ibi. Vocatus autem est iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi mulier? Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumq; dixerit uo-

bis facite. Erant aūt ibi lapide hydrie sex posite secūdū purificationem iudeorū: capiētes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis iesus: implete hydrias aque. Et impleuerūt eas usq; ad summū. Et dicit eis iesus Haurite nunc & ferte architriclino. & tulerunt. Vt aūt gustauit architriclinus aquā uinū factum & non sciebat unde esset: ministri aūt sciebant: qui hauserāt aquā: uocat sponsum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo primū bonū uinū ponit: & cū inebriati fuerint: tūc id quod deterius est. Tu aūt seruasti bonū uinum usq; adhuc. Hoc fecit initium signorū iesus in chana galilee. Et manifestauit gloriā suā: & crediderūt in eum discipuli eius.

Homilia uenerabilis bede presbyteri.

QVod dñs noster atq; saluator ad nuptias uocatus nō solū uenire: sed etiā miraculū ibidē: quo cōuiuas letificaret: facere dignatus est: exceptis cęlestiū sacramētorū figuris: etiā iuxta litterā fidem recte credētiū confirmat. Porro taciani & marciani cęterorūq; qui nuptiis detrahunt perfidia q̄ sit dānabilis insinuat. Si enim thoro imaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa in esset: nequaq̄ dñs ad has ueniret. & nequaq̄ eas signorū suorū initiis cōsecrare uoluisset. Nunc aūt quia bona est castitas cōiugalis. Melior cōtinētia uidualis. Optima perfectio uirginalis: ad cōprobandā omnium elationē graduū & discernēdum meritū singulorū: ex intemerato utero nasci dignatus est. A prophetico anne uidue ore mox natus benedicitur. A nuptiarū celebratoribus iam iuuenis inuitatus: & hos sue presentia uirtutis honorat. Sed hoc est ad altiorē cęlestiū letitiā figuratum Facturus nāq; miraculū in terra dei filius uenit ad nuptias: ut ipsum se esse doceret: de quo sub typo solis psalmista precinit. In sole posuit tabernaculū suum. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currēdam uiā: a summo celo egressio eius: & occursus eius usq; ad summū eius. Qui & ipse quodā loco de se suisq; fidelibus ait. Nūquid possunt filii spōsi lugere: quādiu cum ipsis est spōsus? Veniēt aūt dies cū auferetur ab eis spōsus & tunc ieiunabūt. Quia nimirum incarnatio nr̄i saluatoris ex quo patribus cepit ꝓmitti: multis sanctoꝝ est lachrymis & luctu semper expectata donec ueniret. Similiter ex quo post resurrectionē ascendit in celū: oīs sc̄tōrū spes ad eiꝰ pēdet reditū. Solo aūt quo cū hoībus cōuersatus est tpe: flere ac lugere nequiuerunt: quia iam secū etiā corporaliter eū quē spūaliter dilexerunt: habebāt. Spōsus ergo xp̄s: sponsa eius ecclesia. Filii spōsi uel nuptiarū singuli quiq; fideles eius sunt. Tēpus nuptiaꝝ est tēpus illud quādo per incarnationis eius mysteriū sanctā sibi ecclesiā sociauit. Nō igitur casu: sed celestis grā misterii uenit ad nuptias in terra carnali more celebratas: q ad copulandā sibi spūali amore ecclesiā de celo descendit ad terrā. Cu

Dānatur pfidia taciani & marciani & ceterorū nuptiis detrahētiū

Tres uiuendi ordines

Psal. xviii

Mat. ix. b

Significatio personarum & tēporis nuptiarum.

ius quidē thalamus incorrupte genitricis uterus fuit: in quo deus hūa/ne nature cōiūctus est. & ex quo ad sociandā sibi ecclesiā tanq̄ spōsus ꝓcessit. Primus nuptiaꝝ locus iudea extitit: in qua filius dei hō fieri & ecclesiā sui corpis participatiōe cōsecrare: suiq̄ spūs pignore in fide cōfir/mare dignatus est. Sed uocatis ad fidē gentibꝰ usq̄ ad fines orbis terre earūdē nuptiaꝝ uotiua gaudia peruenerūt. Nec uacat a mysterio quod die tertia post ea quę superior euāgelii sermo descripserat: nuptie facte referūtur. sic tertio tpe seculi dn̄m adoptādā sibi ecclesiā uenisse desig/nat primum qppe seculi tēpus ante legē: patriarchaꝝ exēplo. Secundū sub lege ꝓphetaꝝ scriptis. Tertiū sub grā: p̄coniis euāgelistaꝝ quasi tertie diei luce mūdo refulsit: in quo dn̄s & saluator nr̄ pro redēptiōe generis humani incarnatus apparuit. Sed & hoc quod in cāna galilee. i. in zelo trāsmigratiōis: perpetrate eedē nuptie facte perhibētur. typice denūciat eos maxime xp̄i grā dignos existere: quę zelo feruere pie deuotiōis & emulari charismata maiora: ac deuitiis ad uirtutes bona operādo de terrenis ad eternoꝝ gaudia sperādo & amādo: sciunt trāsmigrare. Dis cūbēte aūt dn̄o ad nuptias uinū deficit: ut uino meliori p ipsum mirabili ordine facto manifestaretur gloria latētis in hoīe dei & credētium in eum fides aucta ꝓficeret. Quod si mysteriū querimus apparēte in carnę dn̄o meraca illa legalis sensus suauitatis paulatim ceperat ob carnalem phariseoꝝ interp̄tationē a prisca sua uirtute deficere: quia mox ea quę carnalia uidebātur mādata: ad spūalē cōuertit doctrinā. Cūctāq̄ litterę legalis supficiē celesti grā uirtutis euāgelicę mutauit: quod est uinū fe/cisse de aqua. Sed primū studeamus indagare quid sit: quod deficiēte uino cum diceret mater iesu ad eum. (Vinum nō habent.) Respondit. (Quid mihi & tibi mulier? Nōdum uenit hora mea.) Neq̄ eni ut ma/trem suā inhonoraret: hoc ait. Qui nobis iubet honorare patrē & ma/trē: aut eā sibi matrem esse negaret: ex cuiꝰ carne uirginea carnē suscipere nō despexit: etiā apostolo testāte: q ait. Qui factus est ei ex semine dauid secūdum carnē. Quomodo ex semine est dauid secundū carnem: si nō ex corpore marie secundū carnē: q̄ ex semine dauid descendit? sed in eo quod miraculū facturus erat ait (Quid mihi & tibi ē mulier?) Significat se nō diuinitatis: qua miraculū erat patrādum: pricipium tpaliter accepisse de matre sed p ęternitatē habuisse de patre. (Erāt ergo lapidee hydrie sex posite secundum purificatiōem iudeoꝝ: capiētes singule metretas binas uel ternas.) Hydrie uocātur uasa aquaꝝ receptui parata. Grece nāq̄ aqua hydor dicitur. Aqua aūt scriptura sacre sciētiā designat. q̄ suos auditores & a peccatoꝝ sorde abluere: & diuine cognitionis solet fonte potare. Vasa sex quibus cōtinebatur corda sunt deuota sanctoꝝ: quoꝝ pfectio uite & fidei exēplum ręcte uiuendi ac credendi ꝓposita est generi hūano. Per sex seculi labentis etatis. i. usq̄ ad tēpus do

Chana interpretatur zelus.

Quare dixit mulier & non mater.

Roma. j. a

Hydor grece aqua latine.

mīnice prędicatiōis. Et bene lapidea ſunt uaſa: quia fortia ſunt precor-
dia iuſtoꝝ: ut pote illius fide & dilectiōe ſolidata lapidis: quem uidit da
niel precisſum de mōte ſine manibus: factumq́ in mōte magnum: & Danie.ij.g
impleſſe oēm terrā. Vnde zacharias in lapide uno ſeptem oculi ſunt. i. Zacha.iij.d.
in xp̄o uniuerſitas ſcientie ſpūalis ihabitat. Cuiꝰ & apoſtolus petrus me i.petri.ij.a
minit dicens. Ad quem accedentes lapidem uiuū & ipſi tanq̄ lapides ui
ui ſupedificamini. Bene ſecundum purificatiōem iudeoꝝ tātum poſite
erāt hydrie: qa iudeoꝝ tātum populo lex p moyſen data eſt. Nā grā &
ueritas euāgelii nō minꝰ gentibꝰ q̄ iudeis p ieſum xp̄m facta eſt. Capiē
tes inqt ſingule metretas binas uel ternas. Quia ſcripture ſancte auto-
res: miniſtri ꝓphete modo de patre tm̄ loquuntur eſt filio ut eſt illud oīa
in ſapientia feciſti. Virtus eni & ſapientia dei xp̄s eſt: modo etiā ſpūs ſcti
faciunt mentionem: iuxta illud pſalmographi. Verbo dñi celi firmati Psal.ciij
ſunt & ſpū oris eiꝰ oīs uirtus eoꝝ. Verbum dñi & ſpūm totā quę unus eſt Psal.xxxij
deus itellige trinitatem. Sed quātum inter aquā & uinum: tātum diſtat
inter ſenſum illū: quo ſcripture ante aduentū ſaluatoris itelligebātur &
eum quē ueniens ipſe reuelauit apl̄is eorūq́ diſcipulis: ꝑpetuo ſequēdū
reliqt. Et qdem potuit dñs uacuas iplere hydrias uino: q in exordio mū Dñs quare
dane creatiōis cūcta creauit ex nihilo. Sed maluit de aqua facere uinū nō impleuit
quo typice doceret nō ſe ad ſoluēdū iprobādumq́ ſed ad iplendū potiꝰ hydrias vacu
legē ꝓphetaſq́ ueniſſe. Neq; alia ſe p euāgelicā grām facere & docere as vino.
quā quę legalis & ꝓphetica ſcriptura eū facturꝰ doctorūq́ ſignauit. Vi
deamus ergo fratres ſex hydrias ſcripturaꝝ aq̄ ſaluari repletas. Videa-
mus eādem aq̄ in ſuauiſſimum uini odorē: guſtūq́ cōuerſam. In prima Prima etas
ętate ſeculi: abel iuſtum frater inuidens occidit: & ob hoc ipſe ꝑpetuam ſeculi quid re
martyrii gloriā beatus etiā in euāgelicis & apoſtolicis litteris iuſticie lau preſentat in
dem acceppit. Fratricida impius eterne maledictionis penas luit. Qui nouo teſta-
cumq́ his auditis: metuunt cum impiis damnari: cupientes benedici mēto & ſic de
cum piis omnium odiorum & inuidie fomitem abiiciunt. Deo place- ceteris.
re per ſacrificium iuſticie: modeſti: innocentie ac patientie curant. Vas
plenum aqua in ſcriptura inueniunt unde ſalubriter abluti: potatiq́
gaudeant. Sed ſi intellexerint caym homicidam: iudeorum eſſe perfi-
diam: occiſionem abel: paſſionem eſſe domini ſaluatoris. Terram que Gene.iiij.b
apperui os ſuum & ſuſcepit eius ſanguinem ad manu caym: eccleſi- Caym homi
am eſſe quę effuſum a iudeis Chriſti ſanguinem in myſterium ſue re- cida iudeorū
nouationis acceperit: nimirum aquam in uinum mutatam reperiunt: perfidiā deſi
quia ſacre dicta legis ſacratius dicta intelligunt. Secunda ętate ſeculi gnat. & occio
inchoante deletus eſt aquis diluuii mundus ob peccatorum magnitu- ſio.
dinem: ſed ſolus noe eſt propter iuſticiā cum domo liberatus in archa. Abel paſſio-
Huiꝰ plage audita uaſtatione orribili paucorūq́ liberatiōe mirabili: qſ nē dñi & terra
quis emēdatiꝰ: uiuere cęperit liberari deſiderās: cum electis: timens ex- eccleſiā.&c. Gene.vij.c Secūda etas ſeculi

terminari cum reprobis: hydriam profecto qua mūdaretur aque uel re ficeretur accipit. Ad uero dum altius aspicere cepit & in archa ecclesiā & in noe xp̄m: & in aqua diluente peccatores: aquā baptismi que peccata diluit. In animalibus que archa cōtinuebat: multipharia baptizatoꝝ differentiā. In colūba que post diluuiū ramum oliue intulit in archā: unctionē spūs sancti: qua baptizati imbuuntur intellixerit: iā in ueteris historia facti suā ablutione: sanctificationē iustificationē prophetari cōtemplatur: q̄ utiq3 cōtēplatio dulcior est oi ualerno. Tertia etate seculi deus tentās obedientiā abrahe filiū unicū eius eū quē dilexit: in holocaustū sibi offerri p̄cepit. Nō differt abraam facere que iubetur: sed pro filio immolatur aries. Ipse tn̄ pro obedientie uirtute eximia ꝑpetue benedictionis hereditate donatur. Ecce habes hydriā tertiā. Audiēs enim quāta uirtus obediētie quāta mercede remuneretur & ipse obedientiā discere atq3 habere satagis. Quod si immolationē filii unici dilecti: passionē eius intelligis de quo dicit pater. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacuit. In qua quia diuinitate impassibilis permanet: sola humanitas mortē passa est: & dolorē attēderis: quo quasi filius offertur sed aries mactatur. Si intelligis benedictionē: que promissa est abrae in te & in ceteris gētibus credētis munus esse cōplectum: nimirum tibi de aqua uinum facit: quia spūalem sensum cuius noua fragrātia debriaris aperuit. Quarte etatis initiis dauid ꝓ salute regnū israelitice gētis sortitur: humilis innocēs & mitis: exul ꝓ illo: cuius in iusta diu persecutione cruciabatur. Ecce hydria quarta fonte salutari repleta. Quisqs hec audiens hūanitati atq3 innocētie studere: & superbiā atq3 inuidiā ceperit de suo corde repellere: quasi haustū aque limpidissime quo reficiatur inuenit. At si in saule ꝑsequētes iudeos in dauid xp̄m & ecclesiam significari cognouerit: illoꝝ ob perfidiā & carnale simul imperiū & spūale simul destructū: xp̄i aūt & ecclesie regnū esse māsuꝝ: poculū utiq3 uini de aq̄ factum sentiet: quia se suāq3 uitā & regnū: sed & se ipsum regē ibi scriptum legere noui ubi quasi de aliis ueterem legebat historiā. Quinta etate seculi populus peccās captiuitate nabuchodonosor babiloniā transmigrat: sed post septuaginta annos penitēs & correctus in patriā per iesum sacerdotem magnum reducitur. ubi domū dei: que incēsa est: & ciuitatē sanctā que destructa est: reedificat. Hec audiens siue legens quisq3 peccādi metum arripit. ad penitēdi remediū cōfugit. aq̄ hydrie purificātis ablutus est. Si uero intelligere didicerit ierusalē & tēplum ecclesiā xp̄i Babilonē cōfusionē pc̄tōꝝ. Nabuchodonosor diabolum. Iesum sacerdotem magnum ueꝝ eternūq3 pōtificem esse iesum xp̄m: septuaginta annos bonoꝝ plenitudinem operum: q̄ per spūs sancti dona largiuntur: uidelicet ꝓpter decalogum & septiformen eiusdem spiritus gr̄am uideritq3 hoc quotidie fieri: aliis nimirum a diabolo de ecclesia peccan

Tertia etas seculi.

Mat. iij. d

Quarta etas seculi

Quita etas seculi.

do raptis. Aliis grã spũssancti per xp̃m resipiscẽdo ac penitẽdo reconciliatis: uinũ de aqua factũ habet quia ad se ptinere q̃ scripta sunt intelligens: magno mox cõpũctionis ardore q̃si musto icalescens qcq̃d sibi pcti captiuitatis inesse dep̃hẽderit p christi gratiã liberari deposcit. Sexta inchoãte seculi ætate dñs in carne apparẽs octaua die natiuitatis iuxta legẽ circũcisus est trigesima tertia post hec delat⁹ ad tẽplũ: & legalia sunt pro eo munera oblata. Hęc intuẽtes ad litterã apte discimus q̃nta nobis diligẽtia sunt euangelice fidei subeunda mysteria: q̃n ipse bñdictionẽ grę afferẽs: qui legẽ lr̃æ dedit. ueterꝝ primo cerimoniarũ ritu cõsecrari: q cũcta diuinitus cõsecrat & sic noue grã sacramẽta suscipe simul & tradere curauit. Ecce hydria sexta ad obeũda pcti cõtagia & potãda uite gaudia mũdiorẽ cæteris afferẽs undam. Verũ si in octaui diei circuncisiõe baptisma: qđ in mysteriũ dñice resurrectionis a pctõꝝ nos morte redemit itelligis: in iductione in tẽplũ & oblatiõe hostie purificãtis cognoscis fideles quosq; de baptisterio ad altare sanctũ ingredi: ad dñici corporis & sanguinis uictima singulari debere cõsacrari: uino q̃dẽ de aqua facto & quidẽ meracissimo donatus es. Porro si circuncisionis diẽ ad gñalem humani gñis resurrectionẽ quando mortalis ꝓpago cessabit: & mortalitas tota imortalitate mutabitur interp̃tatis. & circũcisos includi in templũ cũ hostiis intellexeris: quãdo post resurrectionẽ uniuersali expleto iudicio sancti icorruptibiles iam facti ad contẽplandũ ppetuo speciẽ diuine maiestatis cũ bonorum operũ muneribus intrabunt: mirãdũ ꝑfecto uinum de aqua fieri uidebis: cuius cõditori recte protesteris & dicas. Et poculũ tuũ inebrians quã præclarꝝ est. Ergo dñs uinũ in gaudia nuptiarum nõ de nihilo facere uoluit: sed hydrias sex repleri aq̃ p̃cipiens hanc mirabile cõuertit in uinũ: quia sex mundi ætates sapiẽtie salutaris largitate donauit. quã tñ ipse ueniẽs sublimioris sensus uirtute fecundauit. Nã quæ carnales carnaliter tantum sapiebant: ipse spiritualiter sentiẽda reserauit. Vultis audire fratres qualiter de aqua fecerit uinum? Apparuit post resurrectionẽ suam duobus discipulis ambulãtib⁹ in uia: ibatq; cũ illis & incipiẽs a moyse & omnibus ꝓphetis interp̃tabatur in oĩbus scripturis q̃ de ipso erãt. Vultis iterũ audire quomodo eodẽ uino sunt inebriati? Postmodũ cognoscẽtes qs esset qui eis uerbum uite propinabat: dicebant ad inuicẽ. Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis: cũ loqueretur in uia: & apiet nobis scripturas? (dicit ergo ministris. implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas usq; ad summũ.) Quid per ministros: q hec iubentur facere: nisi christi signantur discipuli? Qui impleuerunt hydrias aqua: non quidem ipsi præteritas mundi ętatis legalibus ac propheticis implendo scriptis: sed ipsas intelligendo prudẽter & aperiẽdo fideliter: quia scriptura q̃ a prophetis ministrata est: & salubris est ad haustum sapiẽtie cœlestis: & ad operũ casti

Sexta etas.

In circuncisiõe nota resurrectionez humani generis.

Psal.xxij.

Luce.xxiiij.e

Per ministros discipuli signantur.

gationem utilis. (Impleuerunt eas usq ad summũ.) quia recte intellexerunt nullũ fuisse tps seculi a sanctis alienũ doctorib⁹: qui siue uerbis siue exẽplis. siue etiam scriptis uiã uite mortalibus pãderẽt. (Et dicit eis. Haurite nunc & ferte architriclino. Et tulerunt.) Architriclinus aliqs legispitus illi⁹ tpis est. fortasse nichodem⁹. uel gamaliel uel discipulus tũc eius saulus: nunc autẽ magister totius ecclesie paulus apl's. Et quũ talibus uerbũ euangelii credit: quod in littera legis & pphetie latebat occultum: uinũ utiq architriclino de aqua factũ ppinatur. Vnde cõuenienter phibet quod architriclin⁹ uocato spõso dixerit. (Omis hõ primũ bonũ uinum ponit. & cũ inebriati fuerit: tũc id h[illegible] deterius est. tu autẽ seruasti bonum uinum usq adhuc.) Quia doctorum est cognoscere distantiam legis & euangelii ueritatis & umbre: cunctisq ueteribus institutis. cunctis terreni regni pmissis nouã euangelice fidei gratiã ppetue patrie celestis dona pferre. (Hoc fecit initiũ signorũ iesus in chana galilee. & manifestauit gloriã suã.) Manifestauit hoc signo qa ipe esset rex glorie. & ideo spõsus ecclesie: qui ut homo cõmunis ueniret ad nuptias. sed quasi dñs celi & terræ elemẽta prout uoluisset cõuerteret. Pulchra autẽ rerum conuenientia qui initio signoꝝ: quæ mortalis adhuc mortalibus erat ostensurus aquam cõuertit in uinũ. Ipso utiq initio signorũ: q imortalis iam p resurrectionẽ effectus imortalis uitæ studia sola sectantibus ostenderet: carnalẽ prius & quasi insipidam mentẽ eorũ sapore sciẽtie celestis ĩbuit. Nã & primo cõsistens in terra sui spiritus munere apuit illis sensum ut ĩtelligerent scripturas. Et postmodũ misso eodẽ spũ de celis: maiorem supni amoris simul & sapientie spiritalis fragrantiam eoꝝ cordibus infudit. Data insuper oium cognitione linguarum: qbus uniuerso orbi eam quã pceperãt uite gratiam ppinare sufficerent. Has ergo christi & ecclesie nuptias fratres charissimi: q & tunc una in ciuitate figurabant: & nunc uniuerso celebrant in orbe terrarum: diligamus tota mente. haꝝ gaudiis celestibus indefessa bonorũ opeꝝ intentione iungamur: has quidẽ per fidem uocati intrem⁹. & mũdo dilectionis habitu celebrare curem⁹. nostreq actiõis simul & cogitationis maculas ante diẽ extremi discriminis ipsi solicitius examinãdo diluam⁹. ne forte tunc ingrediẽs rex: qui has filio nuptias fecit: si uiderit nos nuptialẽ charitatis uestẽ nõ habere eiiciat nos. & ligatis a bene agendi facultate pedibus nostris ac manibus exteriores mittat in tenebras. Mundemus fide fortia cordium nostrorum uascula secundum purificationẽ pceptorum cœlestium. Impleamus hec aqua sapiẽtie salutaris: sacre lectioni crebrius attendendo. Rogemus deũ ac ut ipsam quam nobis scientie gratiam contulit: ne forte in[illegible]et charitatis suæ feruore calefaciat: & ad superna querenda sola hac sapientia conuertat: quatinus spiritualiter inebriati possimus & ipsi cum propheta cantare:

Architriclinus.

inflet

Potasti nos uino compunctionis. Sicq̃ fit ut nobis quoq̃ bene proficiē tibus & nunc ex parte prout capere sufficimus. & in futuro perfecte iesus manifestet gloriam suam: in qua uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Psal.lix.

❧ Segmentum ex euangelio Matthei octauo capite. A. quod canitur dominica secunda post octauas Epiphanie. Historia facta est anno christi. xxxiii. idus iulii. feria. v.

CVm aūt descendisset iesus de mōte secute sunt eū turbe multe. Et ecce leprosus ueniēs adorabat eum dicens. Dn̄e si uis potes me mūdare. Et extendens iesus manū tetigit eū dicēs. Volo: mūdare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide: nemini dixeris: sed uade: ostende te sacerdoti: & offer munus tuū quod ꝑcepit moyses in testimoniū illis. Cum autem introisset dn̄s iesus capharnaum accessit ad eū centurio rogās eum & dicēs. Domine puer meus iacet in domo paraliticus: & male torquetur. Et ait illi iesus. Ego ueniā & curabo eū. Et rn̄dens centurio ait. Dn̄e nō sum dignus ut intres sub tectū meū: sed tm̄ dic uerbo & sanabitur puer meus. Nā & ego homo sum sub potestate cōstitutus habēs sub me milites. Et dico huic. Vade: & uadit. & alio ueni: & uenit. & seruo meo fac hoc: & facit. Audiens aūt iesus miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico uobis nō inueni tantā fidem in israel. Dico autē uobis quod multi ab oriente & occidente ueniēt: & recumbent cum abraam & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Filii autem huius regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus centurioni. Vade & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Dn̄e si vis potes. grece est si velis.

Leuiti. xiiij. a

❧ Homilia origenis.

DOcente in monte domino discipuli uenerunt ad eum sicut alacres sicut domestici sicut proximi sicut amici uel fratres. Ideo ait dn̄s ad eos. Vos estis sal terre. & uos estis lux mūdi. Nunc uero descendente eo de mōte: turbe secute sunt eum: que in mōte ascēdere nō potuerunt ut pigri populi. ut negligentes. ut imperfecti. Ita & filii israel primitus in mōtē synai ascendere nō ualuerunt ad obuiandum deo ꝑgere non potuerūt: ꝓpter suam irreligiositatem & ipietatem. sed solus moyses ascendit & pauci senioꝝ filioꝝ israel. Ita & cū domino discipuli soli in montem ascenderunt: & tardiores deorsum steterunt. Sic & modo uigilantes & alacres & fideles anime deum timentes: & dominum diligentes: regna celestia desiderantes: dominum semper sequentes: post dominum in illum celestē montem ascenderunt: audientes apostolum dicentem. Que sursum sunt sapite: ubi Christus est in dextera dei sedens. Descendente nunc domino hoc est inclinante se ad infirmitatem & impotentiam cæterorum

Mat. v. b.

Exo. xix. a

Colos. iij. a

misertus imperfectioni eorum uel infirmitati: secute sunt eũ turbe multe. Aliquanti propter charitatẽ. Aliquãti propter doctrinã. Aliquanti propter admirationẽ & curationẽ. Et ecce homo leprosus unus ex illis qui curari q̃rebant: qui leuamẽ desiderabant. (Et ecce leprosus ueniẽs adorabat eum dicẽs. Dñe si uis potes me mũdare.) Deorsum currens rogas o homo. & in mõte nihil dicis? quare sic? Quia tempus & tẽpora omni rei sub celo. Tẽpus doctrinę: & tps curationis. In monte docuit. illuminauit. monuit. animasq; curauit corda sanauit. Propterea ergo illa maiora tentari uoluit. illa summa tardari passus est. Ipsis ergo ab illo cõpletis deorsum eo de mõte ad curandũ descẽdẽte sicuti de celo: sicuti de celestibus montibus ad sanandos carnales descẽdẽte. Venit ergo ad eum homo leprosus adorãs eũ. Anteq̃ peteret adorare cepit. Anteq̃ rogaret culturã ostendit. Adorauit aũt pro hoc ipso dñm & deum inuocans: adorabat eũ. Sic & illi beati magi prius adorauerunt eum: & ita demũ munera obtulerũt. Eodẽ modo & nũc iste cadens adorabat. & sic supplicẽ obtulit postulationẽ. Dñe deus tu qui digne adoraris: q̃ merito coleris: te ego ut dñm adoro. ideoq; & dñm dico opa prius contestãs: & sic uerba loquẽs p te em̃ oia facta sunt. tu ergo dñe si uis: potes me mũdare. Voluisti ergo dñe ut hec immũdissima lepra supueniret: siue ppter mea pctã ut correptus penituissem. siue propter tuã prudentiã: ut mirabiliter me mundãs magnificeris. Oia dispensanter & prudẽter facis: & salutem largiter tribuis. Siue hanc ergo leprã propter mea pctã portaui: dimittens culpas meas mũdame: siue ppter puidentiam tuã mirabiliter me munda: ut ab omnibus magnificeris. (Dñe si uis potes me mũdare.) Volũtas tua opus est quia & opa uolũtati tue obediũt (ideo si uis potes me mũdare) nõ dubito: nõ fallor: non dico sicut ille q̃ filii salutem depcabať. Si quid potest adiuua nos. Sed scio quia oia potes. Ideo nõ potentiã peto nõ fortitudinem q̃ro. Has em̃ scio indeficientes: sed tm̃ uolũtatem tuã depcor & seq̃ns uirtus statim hanc gratiã adimplebit. (Dñe si uis: potes me mũdare.) Mihi ad bñficium: tibi ad laudem: uidentibus autem admiraculum: & proficiendi doctrinã. (Dñe si uis potes me mundare.) Tu prius Naaman ait pricipem syrie p helyseum in iordane tingens a lepra mundasti: tu & modo si uis potes me mundare. Cui respondens dñs ait. Confiteris quia ego possum? profiteris quia si ego uolo fit? ideo (uolo: mundare.) Volũtatem p̃caris: potentiã confiteris: (uolo mũdare.) Magnifice credis: magnifice & mundaris. plenissime confiteris: plenissime letificaris. (uolo: mũdare.) Nõ dubitasti cedere. non tardo sanare. Non distulisti confessionẽ: nõ differam te mũdare. ut & magnam gratiam tibi ostendam: manũ ad te porrigo. (Extendens manum itaq; iesus tetigit eum dicens. Volo: mũdare.) Et quare tetigit eũ dñs: cum lex prohibuisset leprosum tãgere?

Tẽpus & tẽpora omni rei sub celo. Ecclesi. iij. a.

Mat. ij. b.

Mat. ix. c.

iiij. Reg. v. a.

Et propter hoc enim tetigit: ut ostēderet quia oīa munda mundis: quia aliorū aliis non adderēt inquinamēta. Quia extranea īmundicia immaculatos nō coinquinat. Sed adhuc ꝑpter qd tetigit? Vt humilitatē demonstraret. ut nos doceret nullum spernere. nullū horrere. nullum contēptibilē ducere: propter corporis lesionē aut maculationē q̄ a deo immittit: ꝑ qua ipse scit ratione. (Extendit ergo manū Iesus & tetigit eū.) Medicus ait sum celestis: corpora cū animabus curare possum: ꝑpterea oēs tango: non ut infirmitas mihi adhereat. sed ideo ut ab his q eam habēt: expellam. Sol sum ait incorruptibilis: & luna iusticie. Ideo q ad oēs appropinquo: & omnes meis splēdoribus ad salutem irradio. Ipse uero sicut fui permaneo: in singulari mee sanctitatis pulchritudine. (Extendens manū tetigit eum.) nō sperno legem: sed curo uulnus: non destruo mādatum: sed fugo atq mūdo leprā. Ideoq cū extēdo manum: mox effugit hec cōtaminatio. Mee uirtuti proximare. uel resistere mee potētie non poterit. Dico: mundare: & manū ad tangendū extendēs effugo illico leprā: & inuenta est manus dñi nō lepram: sed mūdū tetigisse corpus. Cōsideremus & nunc dilectissimi: ut nullus pcti leprā in sua habeat aīa. Vt nullus cōtaminationē delictorū in suo retineat corde. & si habeat: instāter orans dñm: dicat ad eū. (Dñe si uis potes me mūdare.) Tu illū prius multa delicta cōmittentē mundasti manassem: tu innumerabilibus aliis a seculo peccantibus misertus es. Tu ergo si uis potes me mūdare. Et dñs mox misericordie porrigens manū dicit. (Volo: mūdare.) At iesus ait illi mūdato a lepra. Huic: cui misertus est. Huic credenti dño qui confessus est in uirtute eius: huic ergo dixit iesus. Credidisti: sanus es. Sperasti: mūdus effectus es. Noli obliuisci qualis fueris & qualis factus sis. non cesses gratias agere: nō taceas confiteri. Hoc & nos debemus facere charissimi q̄ndo a dño de aliquo periculo liberamur. quādo ab aliquo dolore sanamur siue infirmitatis. siue uulneris. siue de qualibet necessitate. nō efficiamur ingrati: nō relinquamus liberatorē nostrū sed alacriter gratiaꝝ actiones ei reddamꝰ. s. munera sancta: substantiā nostrā ad honorificandū eum exhibeamus. Hoc eñ & illi mandauit dñs. (Vade ait ad sacerdotē & offer munus tuum.) Dixit ergo ei iesus. (Vade nemini dixeris.) Et quare o dulcissime dñe nunc dicis nemini dixeris? propter meā ait humilitatē: ꝑpter meā dulcedinē. ut uos doceamini quando aliquid boni facitis: non gloriari: nō extolli. nō inaniter placere uelle in cōspectu hoim. sicut cōsuetudo est aliq̄ntis: siue cū aliqd boni fecerint. siue cum ieiunauerint: siue in pauperū helemosynis & largitatibus. siue in altaris honore. siue in sanctoꝝ honorificentia. Etenim ipsi ante hoies uolūt gloriari & sibi placere: ante dñm mercedē ꝑdentes. (Vide nemini dixeris.) Te enim tacēte hoc mirabiliter clamabit. te enim os nō aperiente omnis tui corporis

Oia munda mūdis sunt.

iiij. Reg. xxj.

Nō debemꝰ esse ingrati deo.

Quare dixit iesus nemini dixeris.

Qui gloriatur apud homines ꝑdet mercedem apud deum.

substantia iubilabit. Hesterna die immũdus: & hodie mũdus. ante pu-
sillus horribilis: & nunc decorus. (Vide ergo nemini dixeris: sed uade
ostende te sacerdoti. Ambulante ad templũ uidentes mirabuntur: & sa
cerdos uidens expauescet: quoniam secundum legem ab eo ablutus: &
ostendens ipse mundari non potuisti. Vade ergo ostẽde te sacerdoti: &
uidens cognoscat: quia nõ p legis cõsuetudinem mundatus es: sed per
gratiæ operationem. nõ per terrenorũ sacerdotũ imaginem: sed p cæ-
lestem summi sacerdotis splendorem. (Vade ostende te sacerdoti.) Sa
cerdoti te ostende a summo sacerdote dei patris mundatus. sed nõ ui-
dearis in conspectu dñi inanis. Non uidearis sacerdoti manu uacua ad
eum uenire. nõ uenies in cõspectu sancti templi infructuosus: sed offe-
res munus tuũ. Ad illũ enim tunc hoc dictũ nos ammonet oẽs. Ad illũ
loquens nobis omnibus dicit: ut & nos dona & munera nostra non te-
neamus apud nos: sed reddamus deo. maxime quum de aliqua libera-
mur tribulatione. (Offeres inquit munus tuum.) Quare? ut omnes q
uident te portare & offerre: credãt his mirabilibus & magnificẽt deũ:
qui misertus est tui. & infidelibus p hoc increpatio & testimonium duri
Joan. v. a. tiæ cordis ipsoꝝ fiet. Sic & illũ triginta & octo annis iacentem in infir-
mitate erigens a lãguore iussit portare grabatũ & ire in domũ suam ut
hũc ipsum lectũ portatũ ab eo per mediã ciuitatẽ clamasset saluantem
se inuocãdo & laudando. Sic & illum cecũ i natatoria syloe misit: ut ui-
dentes ambulare illuc eũdẽ cecum & iterum remanẽtẽ mirati & obstu
pescentes: crederent huic talia miracula facienti. Post hęc q̃ supius di-
cta sunt. (Quũ introisset capharnaũ ciuitatẽ galileæ.) Sic cognomina
ta est capharnaũ: in qua dñs sepius uirtutis sue magnificentiã monstra
Joan. ix. a uit. Ingrediẽte eo capharnaũ. Cur ibi ingressus est? propter hoc qd' &
inuenit: & statim manifestũ est. (Accessit ad eũ centurio.) Accessit uere
nõ dimidius sed totus: nõ aspectu corporis tñ: sed & aĩe plenitudĩe. nõ
facie tñ: sed imaculato corde. Accessit cẽturio alienus gñatiõe: sed do
mesticus corde. alienus natiõe: sed alacer fide. militũ princeps sed plus
angeloꝝ gaudiũ. Accessit ad eũ centurio. Increpatio illoꝝ: qui quon-
iiij. Reg. xviij dam ad Heliã carmelo ascendẽtes qnquagenarii mox in ĩfidelitate sua
igne cõbusti sunt: & iste in fide mox in sinu deputatus est abrahæ. (Acces
sit ad eũ centurio rogans eũ & dicens.) Dñe puer meꝰ iacet i domo pa-
raliticus: & male torquetur.) Multi in illo tpe pro diuersis rogabãt in-
firmitatibus. Alius pro filio. alius pro aliquo alio. Sed nullus pro seruo
nisi iste solus. Et hoc ei in augmẽtũ beatitudinis: ad coronã glorię erat.
Quid enim cogitabat iste btũs? Quid estimabat in oĩbus bonis plenus
cẽturio? Iste aiebat. mihi seruus est. & ego seruus creatori sum. Iste me
habet sup terrã dñm. & hunc ego magnũ in cęlis habeo dñm. Si ergo
ei nõ misereor: quomodo ille miserebitur. Si ergo huic non subuenio:

quomodo mihi ille subueniet? Sic debent oēs q̄ famulos habent & famulas cogitare. sic misereri. sic cōdolere eis. sic supplicare. sic curā habere de seruis suis. uel de ancillis suis: sicut & ille btūs centurio puer meus inqt in domo nō in una re tm̄ miserabilis ꝙ iacet: sed in alia ꝙ paraliticus: tertia ꝙ male torquet. Oia enim ista dolore cōgeminauit. & iacētem. & paraliticū. & dure detentum. Ideo ut suæ aiæ angustias demonstraret: & dn̄m cōmouisset: q̄tenus & illius cruciatū demōstraret: & dn̄i beniuolentiā inuitaret. Puer meus iacet in domo. Et huc quare non attulisti eū: sicut illi illū paraliticū in lecto portauerūt? Ideo ait: quia non opus est ostēdere illi oia uidenti. Nō opus est in cōspectu eius aferri: cuius potentia non terminat: nec includitur. neq; excluditur. Iacet in domo paraliticus & male torquet. Quid ergo uis? Quid cupis? Quid desideras? Nō multū loquor ait. scio em̄ quia ad oia cognoscētē loquor. Nō uerbosor. scio enim quia ad oia præscientē respōdeo. Ideoq; iste cognoscēs corda respōdens dicit. (Ego ueniā & curabo eū.) Ego ad abraam ueniens senilem sarræ uterum sanaui: in senectute eis Isaac filium donans. ego & ueniens ad te curabo eū. Et quomodo domine promittis aduentum tuum huic? Neq; petit: neq; querit: sciens ꝙ nō acceptabile sit ei: ut uenias in domū eius propter quid omnino hoc profers? Ob hoc: ut & uos præualeatis: & eius fidei similetis. uel cognoscatis quis sit iste. uel qualis in eo fidei thesaurus habet occultus. Iā enim & primitus abraam tentaui: non pro hoc ut cognoscerem quem ante sciebam: sed ut uos & similes in omni tentatione & fortissimi inueniamini. Et iob ꝓbaui. Non propter hoc probaui. quem iuste testificatus sum: sed ut uobis spem & fiduciam: uel confidentiam demonstrarem. Ideo & huic dico. Ego ueniam & curabo eum: ut & ipse magnam suam fidē proferēs, dicat. Dn̄e terruisti me de hoc promisso. cōturbasti me de hoc dicto interfecisti fortitudinem aie meæ in hoc uerbo. Non sum dign⁹ aspectu. Nō sum dignus appropinquatiōe. Nō sum dignus accesu. uel introitu tuo. (Dn̄e nō sum dignus ut intres sub tectū meum.) Moyses primit⁹ ille magn⁹ & tuus confabulator. ille mirabilis narrator opeꝝ tuorum. ille fidelis in tota domo tua nimiū se humiliauit dicens. Non sum dignus ante hesternum & tertium diē. Quantomagis ego dicā. Dn̄e non sum dignus ut sub tectum meū intres. alienigena sum. genatilis sum. miles sum. gladio accinctus: sanguinē fundens ad ꝑlium exiēs. Ideoq; non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tm̄ dic uerbo. sed tm̄ ueni uerbo. Verbum tuum aspect⁹ tu⁹ est. Verbum tuum op⁹ cōsumatum est. Ideoq; dic uerbo. ostēde absens corpore: qd̄ ꝑsens spiritu cōsumare potens es. Vbiq; indeficiens tua præsentia. ubiq; presens tu⁹ aspectus. Idcirco ego accesu & introitu tuo indignus sum: & iste īfirm⁹ uerbi tui uisitatiōe indiget & ideo. (Dic uerbo: & sanabit puer me⁹.) Sed

Dn̄i misereri debent seruorum.

Mat. ix. a.

Gene. xxi. a.

Gene. xxii. a

Job. i. c.

Deus intrat sub tectū credentium duplici figura.

& hoc nullū nostrū ptrāseat sicut pusillū aliqd quod dixit ille btūs. Nō sum dignus ut sub tectū meū intres. Intrat & nūc dn̄s sub tectū credentiū duplici figura: uel more. Nūc enim qn̄ sc̄ti & religiosi & deo acceptabiles ecclesiarū antistites sub tectū tuū intrant: tunc ibidē dn̄s p eos ingreditur: & tu sic estimes. tanquam dn̄m suscipias. Et aliud quando sanctū sumis cibum. quādo illud incorruptū accipis epulum: qn̄ uitę pane & poculo fueris: quādo mādueas & bibis carnē & sanguinem dn̄i: tunc dn̄s sub tectū tuū ingreditur. Et tu ergo humiliās temetipsum imitare hunc centurionē & dicito. Dn̄e nō sum dignus ut itres sub tectū meū. Vbi enim indigne igreditur: ibi ad iudiciū ingreditur illi accipiēti. Sed adhūc quid adiecit ille btūs insequētibus? (Nā & ego hō sum sub potestate cōstitutus. & habeo sub me milites: & dico huic uade: & uadit & alio ueni & uenit. & seruo meo fac hoc. & facit.) O prudentia: o intellectus anime. o munditia cordis. Prior oīm manifeste ueritatis confessionē reuelauit. & noui testamēti mysteriū declarauit & ecclesiæ i sese mōstrauit imaginē. primitiæq; ex gētibus dn̄o credentiū fact⁹ est. Ego ait hō sum sub potestate regis: uel principis indign⁹. ego habeo sub potestate mea milites & seruos: & tu habes sub potestate tua angelos sicut milites. & oēs sc̄tōs seruos. ego mādo unicuiq;: & facit secundū preceptū meū. & tu mādas: quod & statim cōplet. Quod em̄ mandas & dicis fit. Mandas & sine mora pficitur. Omnis enim creatura seruit tibi. & ideo dic uerbo. & pficietur uelociter. & sanabitur puer meus. O fides uiri. o religiositas militis. Quanto te magnificemus o dulcissime amice ueritatis? Te admiratur dn̄s: & tuam indeficiētem magnificat fidem. Quomodo de tenebris gentium tantum lumen processit? Quomodo de errore eorū deū non cognoscētiū tāta manifesta iustitia. Quomodo ex ore stultorum idolis seruiētium tam limpida effulsit fides? Audiens ergo dn̄s admirabatur eū. Et quid deus unigenitus miratur? quantū sit ęquale & quam enarrabile & inestimabile? Recipe sensu charissime q̄ deo nihil est mirabile. nec aurū. nec diuitie. nec regna. nec principatus. Ista oia sunt in cōspectu eius tanquā umbra. & sicut nihil. sicut flos decidēs. Nihil ergo in cōspectu dei mirabile est. nihil magnū nihil preciosum: nisi tantum una fides. Hanc miratur. hanc honorificat. hanc acceptabilem sibi estimat. Ideoq; conuertēs se ad sequētes turbas dixit. (Amen dico uobis.) hoc est uere dico uobis (non inueni tātā fidem in israel.) Non in illo priore israel beato Iacob tantam abnegat se dominus fidem inuenisse. ille enim non tantum credidit dominum sed & prophetauit de eo. & apertius eius iustitiam demonstrauit. & manifestum in carne aduētū eius prolocutus est. Nisi enim credidisset ei: quomodo de eodē pphetasset? Sic & ii qui de israel processerunt. israel etenim & ipsi nominati sunt prophetæ & iusti. Dauid. Esaias. & Hiere

Nihil in conspectu dei mirabile preter fidem.

mias. Hi omnes clare & manifeste eius aduentum prenunciauerunt. Oés nāq; hi habuerūt fidem habebāt etiā & prophetiā. Et iste beatus cē-turio fidē habuit: sed prophetiā nō habuit: ideoq; dn̄s admirās magnificat fidem eius super illū: qui tunc fuit israel. hoc est sup oēs q tunc fue-rūt tribus israel & nō sup eos: qui postea prophete & iusti inuēti sunt in israel. (Amē dico uobis: nec in israel tantā fidē inueni) sicut in gētibus sicut in barbaris: sicut in alienigenis: gētes filiū dei inuocant oīpotentē. unigenitū cōfitentur dn̄m asserūt: & sicut dn̄m diligūt & sicut bene oī dispēsantem adorāt: & israel me nō cognouit & populus meus hic me nō ītellexit. Ideoq; beelzebub & samaritanū appellant & peccatorē estimant. Iairus israel princeps pro filia sua me petēs nō dixit dic uerbo sed ueni ait uelociter antequā moriatur filia mea. Nicodem⁹ doctor israel de fidei sacramēto audiens ait. Quomō potest hoc fieri? Maria & martha me nimiū diligētes dicunt. Dn̄e si fuisses hic: nō esset mortuus fra-ter meus: tanquā dubitātes quod ubiq; nō uelox scit adesse mea poten-tia. Ideoq; nō inueni tantā fidē in israel: sicut in isto alienigena. (Dico aūt uobis quod multi ab oriēte & occidēte ueniēt: & recūbent cū abraā Isaac & iacob in regno celoꝝ.) Dico uobis: testor uobis: ānūcio uobis predico uobis quod multi ueniēt: de quibus iam propheta locutus est dicēs. Et uenient gentes multę & dicēt. Venitę ascendamus in mōtē dn̄i: & in domū dei iacob ingrediamur: & ostēdat nobis uias suas & ambu-lemus in eis. Multi ueniēt: de quibus ait dn̄s. Et alias oues habeo que nō sunt de hoc ouili: & illas adducā & erit unus grex & unus pastor. Multi ueniēt: de qbus dictū est. Vt & filii dei: qui dispsi sunt: congregentur in unum. Isti ergo oēs uenient? unde uenient? ab oriēte & occidente. Hoc est ex omni gēte q sub celo est ab oriēte usq; ad occidentē. Sicut eni per oēs gētes debet hoc euāgeliū p̄dicari: sic ex oibus gentibus uēturi sunt: ad regnū cęlorū. Vel adhuc ab oriente ii qui stati illuminati trāseūt: et ab occidente ii q passiones & persecutiones usq; ad mortē tollerarunt pro fide. Multi ergo ueniēt. Et quomō alibi dicis o dulcissime dn̄e multi uocati pauci uero electi. Multi ait uocati. Oēs enim tribus hominum ab initio seculi uocati sunt & pauci electi. Simul uero ueniētes & simul cōgregati in tēpore uisitationis multi inueniētur nimiūq; innumerabiles Multi eni ueniēt ab oriente & occidēte: & recūbent nō carnaliter iacentes: sed spūaliter requiescētes: nō tēporaliter potantes: sed ęterne epulātes. Recumbent in regno dei. ubi lux est & spes: ubi letitia & exultatio. Vbi est gloria & benedictio. ubi lux oculoꝝ: & longeuitas uitę eterne. ubi oēs iucundātur: ubi omnes gaudēt: ubi patres illi bti recumbūt: ubi omnes prophete requiescunt: ubi apostoli & euangeliste sup gloriosus sedent thronos: ubi multitudo martyrum in ęterna gloria gloriatur: ubi copiositas uirginum in secula exultat portans coronam immacu-

Ioā.iij.b.
Ioā.xj.c.
Esaie.ij.a.
Ioā.x.c.
Mat.xx.b.
Oēs tribus hominū uocati sunt sz pauci electi.
Regnū diuitiarum dilectione completū est.

late uirginitatis. O dulcissimi fratres unanimis cõuentio. Hilaris congregatio fulgens cõiũctio. ista est a seculo bñ predicata & annunciata. ista est exultatio ista est ab initio narrata requies. In istã festinauerũt omnes dñm diligentes. ad istã colligũtur oẽs ex gentibus dño credentes religiositatẽ seruãtes. In eã & nos oẽs pgamus o religiosi filii dei: ad istã oĩ uirtute nr̃a festinemus. Nihil nos reuocet. nihil nos retardet: nihil nos impediat ad hoc desiderabile ꝑperare cõuiuiũ. Omnẽ negligẽtiã a nobis pellamus: oẽmq; desidiã ab animo: & corporis ĩpedimenta a nobis proiiciamus ut huius beatitudinis & requiei domestici efficiamur: quatenus sanctę huius (ut dictũ est) epulatiõis digne iueniamur. (Vade sicut credidisti: fiat tibi.) Sic fiet uere unicuiq; homini sicut crediderit secũdũ mensurã fidei metietur ei & ista a dño gr̃a. Ideoq; dixit ad illum dñs. (Sicut credidisti fiat tibi) credidisti qa oĩa possum: credidisti qa ego sum dñs oĩm: sicut credidisti: ita fiat tibi: credamus & oẽs fratres charissimi iesum xp̃m deũ ac dñm nostrũ oĩa posse: ubiq; p̃sentem esse: remissionẽ nobis cunctoꝝ peccatoꝝ eius ĩdulgentia. (si tamen eius p̃cepta seruemus) largiri: ut & unusquisq; nostrũ cum centurione isto audire mereamur. Vade & sicut credidisti: fiat tibi. Adiuuante ip̃o dño nostro iesu xp̃o: qui cum deo patre in unitate sp̃us sancti uiuit & regnat in seculorum secula. Amen.

Reiectis ĩpedimentis ad regnũ celoꝝ ꝑperãdũ est

❧ Segmentũ ex euãgelio matthei octauo capite. C. quod canitur dñica quarta post octauas epipha. Hystoria huius euangelii facta est anno xp̃i. xxxiii. kl's augusti. feria. v.

IN illo tp̃e. Ascendente iesu in nauiculã secuti sunt eũ discipuli ei⁹ Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eũ discipuli eius: & suscitauerunt eum dicentes. Dñe salua nos: perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis pusille fidei? Tũc surgens imperauit uẽtis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro hoĩes mirati sunt dicentes. Qualis est hic quia uenti & mare obediunt ei.

❧ Homilia origenis.

INgrediente domino in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius & non imbecilles: sed firmi & stabiles in fide: mansueti & pii: spernentes mundum: nõ duplici corde: sed simplici. Hi ergo secuti sunt eũ non tantũ gressus eius sequentes: sed magis sanctitatem comitantes: & iusticiam eius cõsectantes. (Et ecce tempestas magna facta est in mari ita ut nauicula opiretur fluctibus.) Cum eni multa & magna & miranda ostendisset in terra: trãsit in mare: ut ibidem adhuc excelentiora & maiora opera demonstraret: quatinus terre marisq; dominus se esse cũctis ostenderet. Ingressus ergo in nauiculam fecit turbari mare: commouit uentos: concitauit fluctus. Cur hoc? ideo ut discipulos mitteret in ti

Quales erãt discipuli dñi.

psal. cxxxiiii.

morem & suum auxilium postularent: suamq; potentiam rogantibus manifestaret. Illa tempestas nõ ex se orta est: sed potestati paruit imperãtis eius: qui educit uentos de thesauris suis: qui terminũ maris arenam constituit. Dixit eni ei. Vsq; huc uenies & nõ superegredieris: sed in temetipso cõfringentur fluctus tui. Huius ergo iussione & precepto orta est tẽpestas in mari propter occasiones superius memoratas. Facta est tẽpestas magna: ut nõ pusillum miraculũ ostenderetur. Et quanto fluct^a nauicule irruebãt: tanto magis timor discipulos conturbabat: ut plus magis desiderarent ad liberãdũ se mirabilia saluatoris. (Dñs uero dormiebat.) O res mirabilis & stupenda: is q nunq̃ obdormit dormit: is q celũ & terrã gubernat dormit: is q nunq̃ dormit neq; dormitat ipse dormire dicitur. Dormiebat qdem corpe: sed uigilabat deitate. Dormiebat corpore: sed cõturbabat mare. Erigebatq; fluctus: & apostolos conterrebat: suã ostensurus potentiã. Dormiebat corpore sicuti & ad puteum lassus de itinere uel fatigatus sedebat demõstrans qa uere humanũ portabat corpus quod corruptibile induerat: ipso corpe dormiebat deitate uero cõcitabat mare: & iterũ deplacabat. Dormiebat itaq; corpe: ut apostolos suscitaret & uigilare faceret. Precipue aũt oẽs nos ne unq̃ animo dormiamus ne uel intellectu aut prudentia dormitare: sed uigilare in oi tpe & iubilare deo: & salutẽ ab eo postulare studeamus. Nãipe qui dormiebat corpe: illud sanctũ uerbũ dicit. Ego dormio & cor meũ uigilat. (Ad quem accendentes discipuli suscitabãt eũ dicẽtes. Dñe salua nos: perimus.) O beati & ueraces dei discipuli dñm saluatorem uobiscum habetis: & periculũ timetis? Vita uobiscũ est: & de morte sollicíti estis? maris turbinem trementes? Creatorem eius ita suscitaris presentem: quasi non possit dormiens corpore fluctus sedare uel mitigare Sed quid respondeant hi dilectissimi discipuli. Paruuli inquiunt sumus adhuc infirmi: & nõdum robusti: ideoq; timemus ideoq; trepidamus: nec dum uidimus crucem: nec dũ nos confirmauit passio dñi & resurrectio: non ascensio in celis: nec missi descẽsio spũs sancti paracliti. propterea fragilitate mutamur. Propterea & sepe audiuimus a dño increpationem pusille fidei. Supportamus: tolleramus libenter: uoluntarie sustinemus. Vnde & nunc dicente domino audiuimus. (Quare turbati estis pusilli fidei.) & non habetis fortitudinem? Cur confidentiam & fiduciam apud uos non tenetis? Sed si mors irruerit nonne eam debuissetis constantissime sustinere? Ad omne enim quicquid euenerit fortitudo necessaria est & ad omne periculum uel tribulationẽ: usq; ad anime exitum. Similiter & contra delitias & diuitias & amores terrenos anime fortitudo tenẽda est. Vt neq; extollaris o homo: neq; in supbiã erigaris: non despicias inimicos: neq; humiles spnas: neq; obliuiscaris dñm: neq; derelinquas creatorẽ: nec existas ingratus. Si ergo in necessitate &

Job. xxxviij. b.

Psal. cxx.

Joã. iiij. a

Cãti. v. a.

Joã. j. z. v. d.

Quare psẽte dño discipuli timebãt tẽpestatẽ maris.

Luce xij. d

Fortitudo ad oẽ quicquid euenerit necessaria est.

in periculis fortitudo necessaria est: ut uiriliter cum fide tolleres uniuer sa: multo magis cōtra delitias ut dictū est. Fortitudo luxurie ē necessa ria: ne in muscipulā incidas diaboli. Quare ergo turbati estis pusile fi dei? Si potentē me sup terrā cognouistis: quare non creditis quod & in mari potēs sum? Si deū me uere esse & creatorē omniū suscepistis quare nō creditis quod ea q̄ a me facta sunt in mea habeā potestate? quare er go dubitatis pusille fidei? Qui pusillū credit arguetur. Et qui nihil cre dit cōtēnetur. Fragiles inde corripientur: & alieni omnino a fide puniē tur. Tales fuerūt iudei & pagani ideoq̧ in malis euanuerūt. Tales etiā heretici ideoq̧ in die iudicii dānabuntur. (Tūc surgens imperauit uen tis & mari. Et facta est trāquillitas magna) Scriptū fuit. Et surrexit tan quā dormiēs dn̄s: tanquā potens crapulatus uino. Et pcussit oēs inimi cos suos in posteriora. Et nūc surgēs imperat uētis: & facta est trāquilli tas magna. Decet enī hūc magnū: magna facere: imperauit uentis & mari sicut creatur: sicut suis. Vt potens ut dn̄s īperauit uentis: & mari. Primitus ante discipulos ut audiētes firmarentur in fide: & potentia dei tatis occulta īperabat & cōminabatur. Magis aūt regebat & placebat illud secūdū quod quidā ait. Potentia mitigauit mare. Imperauit ergo uentis & mari: & facta est trāquillitas magna. De magno uento & ma gna tēpestate mari cōturbato & tumenti facta est tranquillitas magna Ideoq̧ paulo ante magna accinctus est potentia: magnifice conturba uit profundū maris. Et nūc iterū in eo ipso ostendens sue magnificētiā potestatis: tranquillitatem magnam fieri iussit. Dedit p hec oīa enim nobis dn̄s figurā & doctrine imaginē ut & nos in omni cōturbatione & contumelia patientiam teneamus: stabiles simus in fide & non disceda mus. Et si oīs iste mundus tanq̄ mare ebulliat: atq̧ in furore consurgat Et si omnes uēti & uertigines demonum undiq̧ seuiant. Et si omnes ut diximus tempestates: idest omnes principatus & potestates mundi hu ius concitentur: & in tumorem iracundie spument & furiant sup san ctos: & si adhuc usq̧ ad celos sese extollant ut tēpestates maris maligni tates & dolos & fremitus: cōcitantes aduersus aliquem uestrum: nolite timere: nolite turbari: nolite cōtremiscere: nolite deficere. Omnes enī quotquot in fidei nauicula cum dn̄o nauigatis: omnes quotquot ī hac sancte ecclesie nauicula cum domino per hunc undosum mundum su per natatis: & si ipse dn̄s dormiat pio somno uestram patientiam & tol lerantiam expectās: uel impiorum penitentiam & conuersionem susti nens alacriter accedite ad eum oratiōibus instātes: atq̧ cū pp̄heta dicē tes. Exurge quare obdormis dn̄e exurge: & ne repellas nos in finem. Et iterū. Exurge dn̄e adiuua nos: & redime nos propter nomē tuum. Et ipse surgens impauit uentis idest aeris demonū spiritibus. Ipsi enī maris tempestates cōmouēt: hoc est amaros & elatos cōcitāt fluctus. Hui⁹ pri

Muscipula diaboli infer nus est

Psal. lxvii.

Decet ma gnū magna facere

In tribula tionibus con stātes debe mus esse.

Psal. xliii.
Ibidem.

cipes mundi ad persecutiones sanctis oībus immittendas ad contumelias fidelibus ingerēdas. Oībus dn̄s imperat: oībus cōminatur: oīa mitigat: facitq; tranqlitatē magnam circa corpus & spūm pacem ecclesie & serenitatē mūdo. Quomō nāq; sepius cōcilia infideliū cōmota sunt aduersus uerā ecclesiā & firmā aliquotiēs paganoꝝ: aliquotiēs hereticoꝝ queadmodū sepius sicut maris fluctus irruebāt: cōminantes & cōterentes huius principes per oīa mūdi ꝑdere se ecclesie filios arbitrantes. Sed surgēs dn̄s impauit demonum uētis: & oēs euanescere fecit audaces aduersarios fidei: magnāq; pacē & tranquillitatē dedit ecclesie sue. Hoīes aūt illi in nauicula mirati sunt? qui hoīes? scilicet hanc habētes nauiculam & ei intendētes nauicule. nō putes hic ꝑ hoīes apostolos significatos. Nusq̄ enim inuenimus pręter honorē cognominari discipulos: sed semꝑ aut apostoli aut discipuli nominātur. Mirabātur ergo illi hoīes: hi q̄ cum eo nauigabāt: hi quorū erat nauicula hi qui in ea nauicula se se trāsigebāt hi mirabātur. Et admiratiōe dignū fuit mare a profundo cōmotū mitigari: eiusq; elatos deplacari fluctus uētos furentes cōpesci Mirabantur ergo dicētes. (Qualis est iste: quia uēti & mare obediūt ei) nō interrogātes dicūt qualis est iste? sed asserentes quod hic talis est: cui mare & uēti obediūt. Qualis est iste: hoc est quantus q̄ fortis: q̄ potens q̄ magnus. qualis est iste? Maior moyse. Potentior helia. Illi enim ambo ex quibus unus ligno mare ꝑcussum cū labore discidit. Alius ictu melote iordanē ꝑtransit. Iste uero uno uerbo mādat illis qui nō habēt uerba & obediūt ei. Hi qui nō habent auditū obtēperāt. Hi qui prudentie & intellectus expertes sunt inclinātur iubēti: quibus neq; loquela: neq; ut diximus sermo est: obediūt. In eadē aūt substātia in qua sunt: & sua natura mouētur: & iussioni deseruiūt ad cōfusionē mortaliū: ad cōdēnationē corruptibiliū iubet mari & nō cōtemnit. Dicit uentis & tēpestatibus & mox cōpescūtur: iubet omni creaturę: & nō supgreditur iussionem eius: & unum hoim genus: & unū quod secūdū similitudinē dei honorificatū est: cui uerbū & prudētia data est. Hi soli hoīes resistūt: hi tantū inobedientes sunt. Hi solū cōtemnunt: ideoq; & hi soli in iudicio dānabūtur: & a iusticia punientur uel ut deteriores mutis animalibus uel his qui sine spū sunt & sine anima in isto mundo. Mirabātur ergo illi quia mare cōpescuit. & uenti mitigati sunt. Admiremur & nos quādo benignitates & beniuolentias ostēdit circa nos dn̄s: quādo de periculis nos saluare dignatur: quādo de tumultibus & tribulationibus nos liberat. qn̄ ab inimicis insequentibus eruit nos. Miremur: & mirātes gr̄as agamus gratię obaudiamus: obaudientes timeamus: timētes diligamus ut ęternę charitatis ab eodē heredes efficiamur. Mirabātur dicentes qualis est iste qui sicut homo uidetur. & sicut deus potentiā ostēdit? Sicut unus carnaliū putatur esse: & super oīa carnalia magna ostendit mirabilia. Dor

Cōcilia infideliū cōtra ecclesiā sepius exorta sunt: sed stati euanuerunt.

Apostoli nūquā preter honorē cognominati sunt

Exodi.xiiij.c

iiij.regū.ij.b

mit sicut homo: & imperat mari & uentis sicut deus. In nauicula se/ det: & omnẽ creaturã iussione inclinat. Vbi uult iesus xp̃s dñs noster: qui cum deo patre & spũ sancto uiuit & regnat in unitate eiusdem spũs sancti deus. per oĩa secula seculorũ. Amen.

Segmẽtũ ex euãgelii matthei cap̃. xiii. littera. C. quod cani tur dñica quarta post octauas epipha. Historia huius euangelii facta est in mense aprili anno xp̃i. xxxiii.

Serui aũt. d. &c. vsq; ad er radicetis si= mul & tritici grece inquit laurẽtius est. Serui aũt di xerunt ei. vis igitur ꝑfecti colligamus: hic aũt ait nõ ne q̃ñ colligẽ tes zizania. &c.

IN illo tp̃e. d. d. i. d. s. Simile factũ est regnũ celorũ homini qui se minauit bonũ semẽ in agro suo. Cum aũt dormirent hoĩes uenit inimicus eius & supseminauit zizania in medio tritici: & abiit. Cũ aũt creuisset herba & fructũ fecisset: tũc apparuerũt & zizania. Accedentes aũt serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dñe nõne bonũ semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo zizania habet? Et ait ad illos inimic⁹ homo hoc fecit. Serui aũt dixerũt ei. Vis? imus & colligimus ea? Et ait Nõ. ne forte colligẽtes zizania: etradicetis simul & triticũ. Sinite utra q; crescere usq; ad messem. & in tp̃e messis dicã messorib⁹. Colligite pri mum zizania: & alligate ea in fasciculos ad cõburendum. triticum au/ tem congregate in horreum meum.

Homilia beati augustini episcopi.

Filii mali he retici dicun- tur

CVm negligenter agerent prepositi ecclesie aut dormitionẽ mortis acciperent apostoli: uenit diabolus: & supseminauit eos quos malos filios dñs interpretatur. Sed recte queritur utrũ heretici sint: an male uiuẽtes catholici. Possunt etenim dici filii mali etiã heretici: quia ex eodẽ euãgelii semine: & xp̃i nomine procreati: prauis opinionibus ad falsa dogmata cõuertũtur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos: quasi uidentur illi significari: qui unius cõmunionis sunt. Verũtñ quod dñs agrũ illum nõ ecclesiã: sed hũc mũdũ interp̃tatus est. Bene intelligũtur heretici: q̃a nõ societate unius ecclesie uel uni⁹ fidei: sed societate solius nõis xp̃iani in hoc mun do p̃miscentur bonis: ut illi q in eadẽ fide mali sunt: paleis potius q̃ ziza niis deputẽtur: quia palea etiã fundamentũ habet cũ frumento: radicẽ/ q; cõmunẽ. In illa plane sagena qua cõcludũtur: & boni & mali pisces

Mat. xiii. f

nõ absurde mali catholici intelliguntur. Aliud est eñi mare quod ma/ gis istũ mundũ significat. Aliud sagena: q̃ unius fidei uel unius ecclesie

Differẽtia in ter hereticos & malos ca= tholicos.

cõmunionẽ uidetur ostendere. Inter heriticos & malos catholicos hoc interest: quod eretice falso credunt illi autem falso non credentes: non uiuunt ita ut credunt. Solet autem queri etiam scismatici quid ab here ticis distant: & hoc ideo inueniri quod scismaticos non fides diuersa fa ciat sed communionis dirupta societas: sed utrum inter zizania nume/ randi sin dubitari potest. Magis enim uidentur spicis corruptis esse si/ miliores. sicut scriptum est. Vento autem corrumpetur filius iniquita/

tis. Vel paleis arista & fractis uel scisis: & de segete atreptis. Quo enim altiores idest superbiores eo fragiliores: leuioresq; sunt. Nec tamen cõsequens est ut ois hereticus aut scismaticus ab ecclesia corporaliter separetur. Si enim falsa de deo credit: uel de aliqua parte doctrine q̃ ad fidei pertinet edificationem: ita ut non querentis cunctationem temperatus sit: sed inconcusse credentis: nec omnino scientis opinione atq; errore discordans: hereticus est: & foris est animo. q̃uis corporaliter intus esse uideatur. Multos enim tales portat ecclesia q̃ ita non defendũt falsitatẽ sententię suę ut intentam multitudinem faciant. quod si fecerint tunc pelluntur. Regnum cęlorum per diuersas sacrę scripturę paginas multifarie sentitur: aliquando anima sancta: non nunquam agio. grapha interdum filius hominis cuius exempla assiduo lectori uolumina perscrutanti non ignobiliter patent. Ad hę prout cepimus regnum celeste non simpliciter intelligitur ut satis euidenter liquet: cum hoc dei filius per speciem hominis frumento agrum ferentis cui illud comparatur. Alias anima iusti figuretur. Vt eũ illut. Celum mihi sedes est. Bene ut dictum est: per satorem tritici qui in luce peruigil laborat: deus qui uera lux est animaduertitor: ipso dicente. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitę. Vigilare proprium est diei: & in bonam partem accipitur. Dormire noctis: & ad sinistram pertinet. Et cõgrue uigilare diei ẽ: sub quo dies diei idest christus typice figuratur. Cuius psalmista meminit dicens. Dies diei eructat uerbum. Quem rursus uociferans uigilantem indicat aiens. Non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Cuius diei uestigia uigilantes idest in bonis operibus uacantes. Charissimi sectari pro uiribus studeamus: ut uigilantes christo deo nos aduocante inueniamur. Sicut euangelista ait. Beati serui illi quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes. Econtrario zizaniorum sator leuiatam qui inimicus dei: & hominũ necessario inteligendus est: qui omnibus dormientibus nocte ueniens lolium tritico superseminauit & abiit. Semen tritici filios dei figurat. Lolium uero filios iniquitatis: Ager autem mundum. Quid est enim in tempestiuo noctis dormientibus mortalibus inimicum uenire: zizaniam in agro disseminare: nisi antiquum serpentem humani generis insidiatorem: qui nox noctis dicitur homines circuire? Qua hora sancte matris ecclesię prelatos: uel quosq; corde rectos dormientes idest negligentes: uel illicita cogitatione ebetatos inueniet: seu quia phantastica machinatione minus armatos animus latenter surripiat. Et ad incentiua uana carnis pręcipitet: et cum lolii nigredine triticicandorem perfusce idest per membra sua simplicitatem iustorum discindere tentet: qualiter eos a ueritate que est deus recedere faciat? Ager in quo zizanium cum tritico creuit mundi globus (prout di

ij. ad thes. ij.

Hereticus nõ est separandus ab ecclesia corporaliter

Regnũ celorũ multipharie sentitur

Esa. lxvj. a

Joã. viij. b

Uigilare & dormire

Psal. xviij

Psal. cxx.

Luce. xij. e

Semẽ loliuz ager quos designãt.

Diabol⁹ nox noctis dicitur

ximũs) accipitur: in quo diuersa genera hereticorum seu ceterorũ puer sorum cũ bonis inhabitant qui obstinata pertinacia erroris ac nefando domate heresum ecclesiã catholicam dilacerare presumũt: & seducere cõtendũt. Cõtra quos nimirum multiplices ecclesie rectores constituti sunt: qui statũ ipsius ecclesiastico iure ordinẽ atq; defendant: & arrianis sabellianis accephallis: ceterisq; prauis obiectoribus norma ueritatis resistant. Adhuc de satorib⁹.i. xp̃o & aduersario eius restat quidẽ quod logice intelligatur: qui in quãtum diuersi: intantũ diuersa seminarant. Quorũ uterq; usq; hodie semẽ proprium spargere nõ cessant. Hic charitatem: ille discordiã: iste obedientiã: ille inobedientiã: iste humilitatem: ille supbiam: per quã quidem omne humanũ genus in morte iacebat nisi xp̃s erigeret. Omne enim peccatũ prout sacrę pagine tradunt ex superbia est: que totius mali radix penitus cõprobatur: primũ nãq; xp̃s in prothoplausto.i. primo parente adã omne pulchritudinem ęternitatis: omneq; delectamentũ sapientie infixerat: unde teterrimus dracho arbiter inuidie emarcuerat: deceptionis elationisq; schemate spasso a deo supradictum parentẽ uerbis suis supbire fecerat: & credulũ uelut deũ fieri ex gustu pomi effecerat: ut supbia qua ipe corruerat: primũ hominẽ transgressorẽ conditoris pręcepti sibi fraudulenter persuadendo cõpelleret. (Cum aũt creuisset herba & fructũ fecisset: apparuerũt & zizania.) Sunt quidem nõnulli intra sanctã ecclesiam de gentes habitu.s. forim secus quasi digni: intrinsecus autẽ omni dolo & malicia cordis occulta pessimi: quorum iniquitas a parua scintillula primitus inchoans: & in modũ edacis ignis cui estrues lignorum large superponitur: in dies ampliatur: quę ad tẽpus latens nõ illico propalatur: sed quãdo crescendo ad maturitatem messis puenerit suscindenda manifestabitur. Et tunc ipse arbores ex fructu q iniquitas & peccatũ est facili eretione cognoscuntur: ipsa ueritate dicente. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Hi profecto hypocrite dicuntur: & alienam culpã acriter increpant & grauiter diiudicant: propria aũt quamuis flagiciosissima uilipendũt: & scelus quasi nõ scelus in semetipsis conspiciunt. Hi ergo dominica uoce redarguuntur dicente. hypocrita eiice primum trabẽ de oculo tuo: & tunc perspicies ut educas festucã de oculo fratris tui.

Rectores ecclesie ad qd cõstituti sunt

Oẽ peccatũ ex supbia est Ecclesia.x.b. Gene.ij.b.

Gene.iij.a

Mat.vj.a Luce.vj.f. Laurẽ. ex forma greca sic legit. Cõfi.ti. p.c. & ter. q. abscondisti heca sapiẽti bus & intelligẽtibus & reuelasti: ipsa paruulis. certe pater q sic fuit bona uolũtas in conspectu tuo.

❧Segmẽtũ ex euãgelio Luce.x.capi.D.quod canitur dñica quarta post octauas epiphanie. Hystoria huius euãgelii facta est anno xp̃i.xxxi.idus decẽbris. Feria quarta.

EXultauit iesus in spũ sancto & dixit. Confiteor tibi dñi pater celi & terre qđ abscõdisti hec a sapientibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniã sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus

ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui uident quę uos uidetis. Dico enim uobis quod multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis & non uiderunt: & audire quę auditis & non audierunt.

Homilia beati Augustini episcopi ex libro de uerbis domini.

SAnctū euāgelium cum legeret̃ fratres audiuim⁹ exultasse dn̄m iesum in spū & dixisse. (Cōfiteor tibi dn̄e pr̄ cęli & terrę q̄a abscōdisti hæc a sapiētib⁹.) Hucusq̧ uerba dn̄i si digne si diligenter si q̄d primū est pie cōsiderem⁹. Inueniem⁹ primit⁹ quod nō semp cū in scripturis legimus cōfessionē debemus intelligere uocē pc̄tōris. Maxime aūt hoc dicendū fuit: & hinc ammonenda charitas ur̄a: quia mox ut hoc uerbū sonuit lectiōis secut⁹ est etiā sonus tūsionis pectoris ur̄i audito. s. quod dn̄s ait. Cōfiteor tibi pater. In hoc quod sonuit cōfiteor: pectora tutūdistis. Tundere aūt pect⁹ quid est nisi arguere quod latet in pectore: & euidenti pulsu occultū castigare peccatū? Quare hoc fecistis nisi quia audistis. Cōfiteor tibi pr̄? Cōfiteor audistis: quid cōfitetur nō attēdistis. Nūc igitur aduertite. Si cōfiteor xp̄s predixit: a quo lōge est omne peccatū. nō solius est cōfiteri pc̄tōris: sed aliq̄n etiā laudatoris. Cōfitemur ergo siue laudātes deū: siue accusantes nosipsos: pia est utraq̧ cōfessio siue cū te reprehēdis qui nō es sine peccato: siue cū illū laudas: qui nō potest habere peccatū. Si aūt bene cogitemus rep̄hensio tua: laus est ipsius. Quare enim iam confiteris in accusatione peccati in accusatiōe ipsius tui? Quare confiteris nisi quia ex mortuo uiuus es factus? Scriptura quippe ait. A mortuo quasi qui non sit perit confessio. Si perit a mortuo confessio: qui cōfitetur uiuit. Et si peccatū confitetur utiq̧ a morte reuixit. Si peccati cōfessor reuixit a morte: quis eū suscitauit? nullus mortu⁹ est sui ipsius resuscitator. Ille se potuit suscitare: qui mortua carne nō mortuus est. Etem̄ hoc quod mortuū fuerat suscitauit. Ille suscitauit q̄ uiuebat in se. In carne aūt suscitāda mortuus erat. Nō enim pr̄ solus filiū suscitauit: de quo dictū est ab ap̄lo. Propter q̄d deus illū exaltauit: sed etiā dn̄s seipsum. i. corpus suū: unde dicit. Soluite tēplū hoc. & in triduo suscitabo illud. Mortuus est aūt pc̄tōr: maxime ille quē moles cōsuetudinis p̄mit: quasi sepultus est lazarus. Parum enim erat q̄a mortuus: nisi etiā sepultus esset. Quisquis igitur malę cōsuetudinis: malæ uitæ terrenarū scilicet cupiditatū mole premitur: ita ut in illo iā factū sit: quod in quodam psalmo miserabiliter dicit̃. Dixit stultus in corde suo: nō est deus: fit talis de q̄li dictū est. A mortuo uelut q̄ nō sit: perit cōfessio. Et q̄s eū suscitauit: nisi q̄ remoto lapide clamauit dicēs. Lazare ueni foras? Quid est aūt ꝓdire foras nisi quod occultum erat foras prodire? Qui confitetur: foras prodit. Foras prodire nō posset nisi uiueret. Viuere nō posset nisi resuscitatus esset. Ergo in cōfessione sui accusatio: dei laudatio est. Dicet ergo aliq̄s. Quid ꝓdest ecclesię

Mat. xi. d.

Non semp p confessionē intelligit̃ vox peccatoris.

Tundere pectus quid.

Confiteri nō solius est peccatoris.

Eccle. xvij. d.

Ad phil. ij. b

Joan. ij. d.

Psal. lij.

Eccle. xvij. d.

Joan. xi. f.

Mat. xvi. c.

Quid prodest ecclesia confitēti nota.

si iam confessor uoce dominica resuscitatus prodiit? Quid prodest ecclesie confitenti? Cui dominus ait. Quæ solueris in terra. soluta erunt & in cęlo. Ipsum lazarum attende cū uinculis prodit. Iam uiuebat confitendo: sed nondū liber ambulabat uinculis irretitus. Quid ergo fecit ecclesia cui dictum est: que solueris soluta erunt: nisi quod ait dominus continuo ad discipulos. Soluite illum: & sinite abire. Siue ergo nos accusamus: siue deū laudemus: bis deū laudamus. Quando deum laudamus: tanq̄ eū qui sine peccato est predicamus. Quādo aūt nos ipsos accusamus: ei per quem resurreximus gloriam damus. Hoc si fecerimus nullam occasionem inueniet inimicus: qua circūueniat apud iudicem. Cum enim tu ipse fueris accusator & dominus liberator: quid erit ille nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam preuidit aduersus inimicos: non conspicuos: carnem & sanguinem miserandam potius q̄ cauendam. sed aduersus illos inimicos contra quos apostolus nos hortatur armari. Non est inquit uobis conluctatio aduersus carnem & sanguinem. i. aduersus homines quos uidetis seruire in uos.

Ioan. xi. f.

Ephe. vj. b.

Segmentum ex euangelio Matthei. xx. cap. A. quod canitur dominica in septuagesima.

Portauimus pō. diei et estus.

IN illo tpe. d. i. d. s. parabolā hanc. Simile ēst regnum cœlorū homini patrifamilias: qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suā. Cōuentione aūt facta cū opariis ex denario diurno: misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam uidit alios stantes in foro ociosos & dixit illis. Ite & uos in uineam meam: & quod iustū fuerit dabo uobis. Illi aūt abierūt. Iterū autē exiit circa sextā & nonam horam & fecit silr. Circa undecimam uero exiit: & īuenit alios stātes. Et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis. Ite & uos in uineam meam. Cū sero autem factum esset dixit dn̄s uineæ procuratori suo. Voca operarios & redde illis mercedē incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cū uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant: acceperunt singulos denarios. Venientes autē & primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt aūt & ipsi singulos denarios. Et accipiētes murmurabāt aduersus patrē familias dicētes. Hi nouissimi una hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei & estus? At ille respōdens uni eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuū est & uade: uolo aūt & huic nouissimo dare sicut & tibi: aut non licet mihi quod uolo facere? an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi: & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati: pauci uero electi.

Vala dicit legēdū esse pō dᵒ diei ꝛ estū Item ibi an non licet mihi. qd̄ volo ꝛc. dicitq; littera. est decurtata ꝛ qd̄ sic erat legē dū. An nō licet mihi facere qd̄ volo in rebus meis: si oculus tuus malus est q꞉ ego bonᵒ sum.

Homilia beati Gregorii papæ de eadem lectione. Habita ad populum in basilica beati laurentii martyris in septuagesima.

IN explanatiōe sua multa ad loquendū scti euangelii lectio postulat: quā uolo si possum sub breuitate pstringere ne uos & extensa processio & ꝓlixa expositio uideat̃ onerare. Regnum celoꝝ pri familias simili dicit̃ q ad excolendam uineam suam oparios conducit. Quis uero pris familias si'itudinē rectius tenet quā cōditor nr̄: q regit quos cōdidit. & electos suos sic in hoc mūdo possidet quasi subiectos dn̄s in domo? Qui hic habet uineā: uniuersam. s. ecclesiā q̄ ab abel iusto usq; ad ultimū electū qui in fine mūdi nasciturus est: quod sctōs ꝓtulit quasi tot palmites misit. Hic itaq; pater ad excolendam uineam suam mane: hora tertia: sexta: nona: & undecima oparios cōduxit: q̄a a mūdi huius initio usq; ad finē ad erudiendā plebē fideliū p̄dicatores mittere nō destitit. Mane etem̄ mūdi fuit ab adā usq; ad noe. Hora uero tercia a noe usq; ad abraam. Sexta quoq; ab abraā usq; ad moysen. Nona aūt a moyse usq; ad aduētū dn̄i. Vndecima uero ab aduētu dn̄i usq; ad finē mūdi: in qua p̄dicatores sancti apl̄i missi sunt: q mercedē plenā & tarde ueniētes accepunt. Ad eruditēdam ergo dn̄s plebem suā: quasi ad excolendā uineā suam nullo tp̄e destitit oparios mittere: qui & prius p patres & post modū p legis doctores & p prophetas ad extremū uero p apl̄os dum plebis suæ mores excoluit: q̄si per oparios in uineæ cultura laborauit. Quāuis in quolibet modulo uel mēsura q̄squis cū fide recta bone p̄dicator actionis extitit: huius uineæ oparius fuit. Opator ergo mane: hora tertia: sexta: & nona: antiquus ille & ebraicus populus designatur. q in electis suis ab ipso mūdi exordio: dum recta fide deum studuit colere: quasi nō destitit in uineæ cultura laborare. Ad undecimā uero gentiles uocant̃: q̄bus & dicitur. (Quid hic statis tota die ociosi?) Qui enim trāsacto tam lōgo tp̄e mūdi pro uita sua laborare neglexerant quasi tota die ociosi stabāt. Sed pēsate fratres q̄d inq̄siti responderant. (Dicunt ei q̄a nemo nos cōduxit) nullus quippe ad eos patriarcha nullus propheta uenerat. & quid est dicere ad laborem nemo nos conduxit nisi q̄a uitæ nobis uias nullus prædicauit. Quid ergo nos a bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus? qui pene a matris utero ad fidem uenimus: qui uerba uitæ ab ipsis cunabulis audiuimus. qui ab uberibus sancte ecclesiæ potum superne predicationis suximus cum lacte carnis? Possumus uero & easdem diuersitates horarum etiā ad unumquemq; hominem peretatum momenta distinguere. mane quippe intelectus nostri pueritia est. Hora autē tertia adolescentia intelligi potest: quia quasi iam sol in altum ꝓficit: dum calor ætatis crescit. Sexta uera iuuentus est. quia uelut in centro sol figitur: dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autē senectus intelligitur: in qua sol uelut ab alto axe descendit: quia ea ætas a calore iuuentutis deficit. Vndecima uero hora est ea ætas que decrepita uel ueterana dicitur.

Ecclesia ab abel iusto incepit.

Mūdus varias habet etates.

Christiani a bono ope cessantes vix se escusabūt apud dn̄m.

Vnde & greci ualde seniores nõ gerontas: sed presbyteros appellãt ut plusquã senes esse ĩsinuent: quos prouectiores uocãt. Quia ergo ad uitã bonã alius in pueritia alius in adolescẽtia alius in iuuẽtute alius in senectute alius in decrepita ętate pducitur: q̃si diuersis horis oparii ad uineã uocãtur. mores ergo ur̃os fratres aspicite & si iã dei oparii estis uidete. Pẽset unusquisq; q̃d agat & cõsideret si in dñi uinea laborat. Qui em̃ in hac uita ea q̃ sunt huius mũdi q̃rit: adhuc ad dñi uineã nõ uenit. Illi nãq; deo laborãt q non sua: sed lucra dñica q̃rũt. Qui zelo charitatis studio pietatis inseruiũt. aĩabus lucrandis inuigilãt. pducere & alios secũ ad regnũ festinãt. Nã q sibi uiuit: q carnis uoluptatib⁹ pascitur: recte ociosus redarguit̃: quia fructũ diuini opis non sectat̃. Qui uero & usq; ad ætatẽ ultimã deo uiuere neglexerit: q̃si usq; ad undecimã ociosus stetit: unde recte usq; ad undecimã torpẽtibus dicitur. (Quid hic statis tota die ociosi.) A c si apte dicatur: & si deo uiuere in pueritia & in iuuẽtute noluistis. saltẽ in ultima ętate resipiscite: & ad uite uias cũ iam laboraturi multũ nõ estis: uel sero uenite. Et tales ergo pr̃ familias uocat & plerũq; ante remunerat̃: quia pri⁹ ad regnũ de corpore exeũt: quã hi q iã a pueritia uocati esse uidebant̃. An nõ ad undecimã uenit latro? q & si non habuit p ætatẽ: habuit tñ sero p penã: qui deũ in cruce confessus est: & pene cum uoce sentẽtiæ spũm exalauit uite? A nouissimo aũt reddere denariũ paterfamilias cepit: qa ad paradysi requiẽ prius latronẽ quã petrũ pduxit. Quanti pr̃es ante legẽ: quãti sub lege fuerunt? & tñ hi qui in dñi aduẽtũ uocati sunt: ad celoꝝ regnũ sine aliqua tarditate puenerũt. Eundẽ ergo denariũ acceperũt qui laborauerũt ad undecimã: quẽ expectauerũt toto desiderio q laborauerũt ad primã: qa eq̃lẽ uitæ ęterne retributionẽ sortiti sunt: cũ his q a mundi initio uocati fuerant hi q in mũdi termino ad dñm uenerũt. Vnde & hi in labore p̃cesserãt. Murmurãtes dicũt. (Hi nouissimi una hora fecerũt: & pares nobis illos fecisti: q portauim⁹ põdus diei & estus.) Põdus em̃ diei & estus portauerũt hi quos a mũdi initio quãdiu hic cõtigit uiuere: necesse fuit etiam lõgiora carnis tẽtamẽta tollerare. Vnicuiq; em̃ pondus diei & estus ferre est: p longioris uite tẽpora carnis sue calore fatigari. Sed q̃ri potest quomodo murmurasse dicti sunt: q saltẽ sero ad regnũ uocant̃? Celoꝝ etenim regnũ nullus murmurãs accipit: nullus qui accipit murmurare potest. Sed quia antiqui patres usq; ad aduentũ dñi quantũlibet iuste uixerint: ducti ad regnum non sunt: nisi ille descenderet q paradysi claustra hoĩbus interpositione sue mortis aperiret. Eorum ergo hoc ipsum murmurasse est: quod & recte pro pcipiẽdo regno uixerunt & tñ diu ad pcipiẽdum regnum dilati sunt. Quos enim post peractam iusticiam inferni loca (quam uix tranquilla) susceperunt eis profecto & laborasse fuit in uinea: & murmurasse. Quasi ergo post murmura

Vineam dñi qui dicũtur recte colere.

Qui sine fructu iuuentutẽ p̃terit saltem in senectute nitat̃ dñi viuere.

Regnũ celorũ an possit dari murmurantibus.

tionem denariũ accipiunt: qui post lõga inferni tempora ad gaudia regni puenerunt. Nos aũt qui ad undecimã uenimus post laborem non murmuramus: & denariũ accipimus: quia post mediatoris aduentũ: in hoc mundo uenientes ad regnũ ducimur: mox ut de corpore eximus: & illud sine mora pcipimus: quod antiqui pr̃es cũ magna pcipe dilatione meruerunt. Vnde idẽ paterfamilias dicit. (Volo & huic nouissimo dare sicut & tibi.) Et qa ipsa regni pceptio ei⁹ est bonitas uolũtatis: recte subiũgit (an nõ licet mihi quod uolo facere.) Stulta em̃ q̃stio est hominis cõtra benignitatẽ dei. Cõquerendũ qppe esset si non daret qđ deberet: sed nõ si daret qđ debuerit. Vñ apte subdit (an oculus tuus neq̃ est qa ego bon⁹ sum) Nemo aũt se de ope: nemo de tpe extollat: cũ hac expleta sentẽtia subseq̃ẽter ueritas clamet. (Sic erũt nouissimi primi & primi nouissimi.) Ecce em̃ & si iã scimus quę.i. quãta bona egim⁹: adhuc supnus iudex qua subtilitate hec examinet ignoramus. Et qdẽ gaudendũ cuiq; sumope est in regno dei esse se uel ultimũ. Sed post hec terribile est ualde qđ sequitur. (Multi em̃ sunt uocati pauci uero electi.) Quia ad fidẽ plures ueniũt: & ad celeste regnũ pauci perducũtur. Ecce enim ad hodiernã festiuitatẽ quã multi cõuenimus: ecclesie parietes implem⁹: sed tñ quis sciat quã pauci sunt q in illo electoꝝ grege numerantur. Ecce uox oĩm christũ clamat. Sed uita oĩm xp̃m nõ clamat. pleriq; deũ uocibus sequunt̃ moribus fugiũt. Hinc etem̃ paulus dicit. Qui cõfitent̃ se nosse deũ factis aũt negãt. Hinc iacobus ait. Fides sine opibus mortua est. Hinc p psalmistã dñs dicit. Annũciaui & locutus sum multiplicati sunt sup numerũ. Vocãte em̃ dño sup numerũ multiplicãtur fideles: qa nõnunq̃ etiã hi ad fidẽ ueniunt: q ad electoꝝ numerũ nõ pertingũt. Hic em̃ fidelibus p confessionẽ admixti sunt: sed ꝓpter uitã reprobã illic numerari i sorte fideliũ nõ merẽtur. Hoc ouile sancte ecclesie hedos cũ agnis recipit: sed attestãte euãgelio cũ iudex uenerit bonos a malis separat sicut pastor segregat oues ab hedis. Nec em̃ possũt qui hic carnis sue uoluptatibus seruiũt: illic in ouiũ grege numerari. Illic eos a sorte humilium iudex separat: qui se hic in superbie cornib⁹ exaltant. Regnũ celi pcipere nequeunt: qui hic & in celesti fide positi toto desiderio terrã querunt. Et multos tales ĩtra sanctã ecclesiã fratres charissimi cernitis: sed eos nec imitari nec despicere debetis. Quid enim sit hodie aspicim⁹: sed quid cras futurus sit unusq; sq; nescim⁹. Plerũq; & q post uos uenire cernit̃: p agilitatẽ nos boni opis antecedit: & uix eum cras seqmur quẽ hodie preire uidebamur. Ecce cũ stephanus certe pro fide moreretur: saulus lapidantiũ uestimẽta seruabat. Omniũ ergo manibus ipse lapidauit: q ad lapidãdũ oẽs expeditos reddidit: & tñ cũdem ipsum in sctã ecclesia laborib⁹ antecessit: quẽ psequẽdo martyrẽ fecit. Duo ergo sunt q̃ sollicite pensare debem⁹. Quia em̃ multi uocati sed

Timot. j.d. Jaco.ij.d. Psal.xxxix. Mat.xxv.c Regnum celorum quib⁹ denegatũ est Actuũ.vij.g

pauci electi sunt. Primũ est ut de se quisq; minime præsumat: quia & si iam ad fidẽ uocatus est utrũ perẽni regno dign⁹ sit: nescit. Secundũ uero est ut unusquisq; proximũ quem fortasse iacere in uitiis conspicit: desperare nõ audeat: quia diuine misericordie diuitias ignorat.

Segmentum ex euangelio Luce. viii. cap. A. quod canitur dominica in sexagesima.

IN illo tpe. Cũ turba plurima conueniret ad iesum & de ciuitatibus properarẽt ad eũ: dixit p similitudinẽ. Exiit qui seminat seminare semẽ suum. & dũ seminat: aliud cecidit secus uiã & cõculcatum est: & uolucres cęli comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã: & natũ aruit: quia nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit iter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam: & ortum fecit fructum centuplũ. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant aũt eum discipuli eius: q̃ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysteriũ regni dei: cęteris autem in parabolis: ut uidentes nõ uideant: & audientes nõ intelligant. Est aũt hęc parabola. Semen est uerbũ dei. Quod autem secus uiã: hi sunt q audiunt: deinde uenit diabolus & tollit uerbum de corde eorũ: ne credẽtes: salui fiant. Nã quod supra petram: hi sunt q cum audierint: cum gaudio suscipiunt uerbum: & hi radices nõ habẽt: quia ad tempus credunt: & in tẽpore tentationis recedunt. Quod autẽ in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt & a sollicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur: & non referũt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent: & fructum afferunt in patientia.

Homilia beati gregorii papæ. Habita ad populum in basilica sancti Pauli apostoli in septuagesima.

LEctio sancti euangelii quam modo fratres charissimi audistis expositione nõ indiget sed ammonitione. Quã enim p semet ipsam ueritas exposuit: hanc discutere humana fragilitas non presumat. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositiõe dominica pensare debeatis: quia si nos uobis semẽ uerbũ: agrũ mundum: uolucres demonia spinas diuitias significare diceremus: ad credendum nobis mens uestra forsitã dubitaret. Vnde & idẽ dñs per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat: ut sciatis rerũ significationes q̃rere in his etiã q̃ per semetipsum uoluit explanare. Exponendo ergo quod dixit: figurate se loqui innotuit: quatinus certos uos redderet: cum uobis nostra fragilitas uerborũ illius figuras aperiret. Quis enim mihi unq̃ crederet: si spinas diuitias interpretari uoluissem? maxime cum ille pungant: & iste delectent? Et tñ spine sunt: quia cogitationum suarum punctionibus mentẽ lacerant: & cũ usq; ad peccatũ pertrahunt: quasi infli

ēto uulnere cruentant. Quas bene hoc in loco (alio euangelista testan te) nequaq̄ dn̄s diuitias: sed fallaces diuitias appellat. Fallaces em̄ sunt que nobiscū diu permanere nō possunt. Fallaces sunt q̄ mentis nostre inopiā nō expellunt. Sole aūt diuitie ueræ sunt q̄ nos diuites uirtutibus faciūt. Si ergo fratres charissimi diuites esse cupitis: ueras diuitias ama te. Si culmē ueri honoris q̄ritis: ad celeste regnū tendite. Si gloriā dig/nitatū diligitis: in illa sup̄na angelorum curia ascribi festinate. Verba dei q̄ aure percipitis mente retinete. Cibus enim mentis sermo dei est. Et q̄ si acceptus cibus stomacho languente reiicitur: quando auditus sermo in uentre memoriæ non tenetur. Sed si quis alimenta non retinet: hu/ius uita profecto desperatur. Eternæ ergo mortis periculum formida/te: si cibum quidē sancte exhortationis accipitis: sed uerba uite: idest ali menta iusticie in memoria nō tenetis. Ecce transit omne quod agitis & ad extremū iudiciū sine ulla momenti interpositione quotidie uolētes nolentesq; properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur? Cur negli/gitur quo p̄uenitur? Mementote quod dicitur. (Si quis habet aures au/diendi audiat.) Omnes enim qui illic aderāt: aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus: si quis habet aures audiēdi audiat di/cit: aures p̄culdubio cordis requirit. Curate ergo ut acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semen iuxta uiam cadat: ne malign⁹ spiritus ueniat: & a memoria uerbum tollat. Curate ne petrosa terra se men excipiat: & fructum boni operis sine perseuerantie radicibus mit/tat. Multis enim libet quod audiunt: boni operis initia proponunt: sed mox ut fatigari aduersitatibus ceperint: inchoata derelinquunt. Petro sa ergo terra humorem non habuit: quia hoc quod germinauerat: ad fructum perseuerantie non perduxit. Multi namq; cum uerbum cōtra auariciā audiunt: eandem auariciam detestantur: rerum omnium con temptū laudant: sed mox ut uiderit animus quod cōcupiscat: obliuisci tur quod laudabat. Multi cū uerbum contra luxuriam audiunt: pollu tiones carnis nō solū p̄petrare nō appetunt: sed etiā perpetratas erube/scunt. Sed mox ut carnis species eorum oculis apparet: sic mens ad desi derium rapit̄: ac si adhuc ab ea nihil sit cōtra hec eadē desideria delibe/ratū. Dānanda agit: qui quicq̄d egisse se meminit iam & ipse dānauit. Sepe etiam contra culpas compungimur: & tamen post fletum ad eas/dem culpas redimus. Sic Balaam israelitici populi tabernacula con/templatus fleuit: eisq; se similem fieri in morte depoposcit dicens. Mo/riatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea istorum si/milia: sed mox ut hora compunctionis transiit: in auaritie nequitiam exarsit. nam propter promissa munera in eiusdem populi mortem con silium dedit: cuius morti in morte se fieri similem optauit. Et oblit⁹ est quod planxerat: cum extinguere noluit quod per auariciam ardebat.

Mat. xiii.c.

Diuitie dicū tur fallaces.

Cib⁹ mētis est sermo di.

Judiciū ad extremum si ne intermis/sione prope/ramus.

Nume. xxiii. b.

Balaam p̄ pter auariti am in popu li necem con sensit.

Notãdũ uero est qđ exponẽs dñs dicit. Quia sollicitudines & uoluptates & diuitie suffocãt uerbũ. Suffocãt em̃ quia iportunis cogitatiõibus suis guttur mẽtis strãgulant: & dũ bonũ desideriũ intrare ad cor nõ sinunt: q̃si aditũ flatus uitalis necãt. Notandũ etiã qđ duo sunt quæ diuitiis iũgit: sollicitudines uidelicet & uoluptates: qa pfecto & p curã mẽtẽ opprimũt: & p affluentiã resoluunt. Res em̃ cõtrarie possessores suos afflictos & lubricos faciũt. Sed quia uoluptas cõuenire nõ potest cũ afflictione: alioquidẽ tpe per custodie sue sollicitudinẽ affligunt: atq̧ alio p abundantiã ad uoluptates emolliũt. Terra aũt bona: fructũ per patientiã reddit: quia uidelicet nulla sunt bona q̃ agimus: si nõ equanimiter etiã pximoꝝ mala tolleramus. Quãto em̃ quisq̧ altius profecerit: tanto in hoc mũdo inuenit qđ durius portet. Quia cũ a p̃senti seculo mẽtis nr̃e delectatio uel dilectio deficit eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est em̃ qđ plerosq̧ cernimus & bona agere: & tñ sub graui tribulationũ fasce desudare. Terrena nãq̧ iam desideria fugunt: & tamẽ flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta uocẽ dñi fructum per patientiam reddunt: quia cum humiliter flagella suscipunt: post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uua calcibus tũditur: & in uini saporem liquatur. Sic oliua contussiõibus expressa amurcham suam deserit: & in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram areę a paleis grana separantur: & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plenę uitia uincere: studeat humiliter purgationis sue flagella tollerare: ut tanto post ad iudicium mundior ueniat: quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat.

Bonis quãdoq̧ graues cõtingũt afflictiones.

Segmentum ex euangelio Luce. xviii. capite. E. quod canitur dominica in quinquagesima.

IN illo tpe assumpsit aũt iesus duodecim discipulos suos & ait illis. Ecce ascẽdimus ierosolymã: & consumabunť oĩa que scripta sunt p prophetas de filio hoĩs. Tradetur em̃ gẽtibus & illudetur: & flagellabitur: & conspuetur. Et postq̃ flagellauerint occident eũ: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horũ ĩtellexerũt. Erat aũt uerbum istud abscõditũ ab eis & nõ intelligebãt q̃ dicebanť. Factũ est aũt cum appropinq̃ret hierico: cecus quidã sedebat secus uiã mẽdicans. Et cum audiret turbã p̃tereuntẽ interrogabat qd hoc esset. Dixerũt autem ei: quod iesus nazarenꝰ transiret. Et exclamauit dicẽs. Iesu fili dauid: miserere mei. Et q preibãt increpabãt eũ ut taceret. Ipse uero multomagis clamabat. Fili dauid: miserere mei. Stans autẽ iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum dicens. Quid tibi uis faciam? At ille dixit. domine ut uideam. Et iesus dixit illi. Respice. fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit: & sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit: dedit laudem deo.

Homilia beati gregorii pape. Habita ad populũ in basilica beati petri apostoli. Dñica in quinquagesima.

REdemptor noster preuidens ex passione sua discipulorum animos perturbãdos: eis lõge ante & eiusdẽ passionis penã: & resurrectionis sue gloriã predixit. ut cũ eũ morientẽ. (sicut predictũ est) cernerẽt: etiã resurrecturũ nõ dubitarent. Sed qa carnales adhuc discipuli nullo modo ualebãt capere uerba mysterii: uenitur ad miraculũ. Ante eoꝝ oculos cecos lumẽ recepit. ut qui celestis mysterii uerba non caperẽt eos ad fidẽ celestia facta solidarẽt. Sed miracula dñi & saluatoris nostri: sic accipiẽda sunt fratres mei: ut & in ueritate credãtur facta: & tñ per significationẽ nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potẽtiam aliud ostendũt: & per mysteriũ aliud loquũtur. Ecce enim quis iuxta hystoriã cecus iste fuerit: ignoramus sed tamen quid per mysteriũ significet nouim⁹. Cecus quippe est genus humanũ quod in parẽte primo a paradysi gaudiis expulsum: claritatem superne lucis ignorans: damnationis sue tenebras patitur: sed tamẽ per redemptoris sui presentiã illuminatur: ut interne lucis gaudia iã per desideriũ uideat atq; in uia uite boni operis gressus ponat. Notãdum uero est quod cũ iesus hierico appropinquare dicitur: cecus illuminatur. Hierico quippe interpretatur luna. Luna aũt in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis: quia dum menstruis momẽtis decrescit defectũ nr̃e mortalitatis designat. Dũ igitur conditor noster appropinquat hierico cecus ad lumẽ redit: quia dum diuinitas defectũ nr̃e carnis suscepit: humanũ genus lumen quod amiserat recepit. Vnde eni deus humana patitur: inde homo ad diuina subleuatur. Qui uidelicet cecus recte & iuxta uiã sedere & mendicans esse describitur. Ipsa eni ueritas dicit. Ego sum uia. Qui ergo eterne lucis claritatem nescit: cecus est. Sed si iam in redẽptorem credit iuxta uiam sedet: si aũt iam credit: sed ut eternũ lumen recipiat rogare dissimulat: atq; a precibus cessat: cec⁹ equidẽ iuxta uiam sedet: sed minime mendicat. Si uero & crediderit: & cecitatẽ cordis sui cognouerit: sed ut lumen ueritatis recipiat postulat: iuxta uiam cecus sedet & mẽdicat. Quisquis ergo cecitatis sue tenebras agnoscit: quisquis hoc quod sibi deest: lumẽ eternitatis intelligit: clamet medulis cordis: clamet uocibus mentis dicẽs (Iesu fili dauid miserere mei.) Sed quid clamãte ceco subiũgitur audiamus. (Et qui preibant increpabãt eũ ut taceret) Quid aũt significant isti qui iesum uenientẽ precedũt: nisi desideriorũ carnalium turbas: tumultusq; uitioꝝ: qui priusq̃ iesus ad cor nr̃m ueniat: tentatiõibus suis cogitationem nostrã dissipant: & uoces cordis in oratione perturbant. Sepe nãq; dũ cõuerti ad dñm post perpetrata uitia uolumus: dum cõtra hec eadẽ exorare uitia q̃ perpetrauimus conamur occurrũt cordi nostro phantasmata peccatorũ que fecimus: mẽtis nr̃e a-

Miracula xp̃i vltra ipsam veritatẽ aliquid innuunt.

Hiericoluna interp̃tatur. Luna p̃ defectu ponitur i sacro eloq̃o. Genus hũanũ qñ recepit lumẽ qđ amiserat. Ioã. xiiij. a

Conuersio peccator: ad dñm q̃bus ĩpeditur.

eiem reuerberāt: cōfundunt animū: & uocē nostre deprecatiōis p̄munt (Qui preibāt ergo increpabāt eū ut taceret.) Quia priusq̄ iesus ad cor nostrū ueniat: mala q̄ fecimus cogitatiōi nostre suis imaginibus illisa: in ipsa nr̄a nos oratione p̄turbāt. Sed quid adhuc illuminād⁹ iste cecus fecit: audiamus. sequitur (Ipse uero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei.) Ecce quē turba increpat ut taceat: magis ac magis clamat: q͞a quāto grauiori tumultu cogitationū carnaliū p̄mimur: tanto orationi insistere ardētius debemus. Contradicit turba ne clamemus: quia peccatorū nostrorū phātasmata plerūq͂ in oratione patimur. Sed nimirū necesse est ut uox cordis nostri quo durius repellitur: eo ualētius insistat: quatinus cogitatiōis illicite tumultū superet: atq͂ ad pias aures dn̄i nimietate sue importunitatis erūpat. In se (ut suspicor) recognoscit unusquisq͂ quod dicimus: quia dū ab hoc mūdo animū ad deū mutamus: dū ad oratiōis opus conuertimur: ipsa q̄ prius delectabiliter gessimus: importuna post & grauia in oratiōe nr̄a tolleramus. Vix eoꝝ cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abiicitur. Vix eorū phantasmata p̄ penitētie lamēta superātur. Sed cū in oratiōe nostra uehementer insistimus trāseuntem iesum menti figimus. Vnde illic subditur. (Stās aūt iesus iussit illū adduci ad se.) Ecce stat q̄ ante transiebat: quia dū adhuc turbas phātasmatū in oratiōe patimur: iesum aliquaten⁹ trāseūtem sentimus. Cū uero orationi uehemēter insistimus: stat iesus ut lucē restituat: q͞a deus in corde figitur: & lux amissa reparatur. Qua tn̄ in re & aliud aliq̄d nobis dn̄s innuit: quod intelligi de hūanitate ac diuinitate illius utiliter possit. Clamātē eteni cecū iesus trāsiens audiuit: sed stās miraculū illuminatiōis exhibuit. Transire nāq͂ hūanitatis est: stare diuinitatis. Per hūanitatem q̄ppe habuit nasci crescere mori resurgere de loco ad locū uenire q͞a ergo in diuinitate mutabilitas nō est: atq͂ hoc ipsum mutare trāsire est: p̄fecto iste trāsitus ex carne est: nō ex diuinitate. Per diuinitatē uero ei semp̄ stare est q͞a ubiq͂ p̄sens nec p̄ motū uenit: nec p̄ motū recedit. Cecū igitur clamātē dn̄s trāsiens audiuit: stans illuminauit: quia nō solū per hūanitatē suā uocibus nostre cecitatis cōpatiēdo misert⁹ est sed & lumē gratie nobis p̄ diuinitatis potentiā infudit Et notādum q̄d ceco ueniēti dicat. (Quid tibi uis faciā?) Nūquid q̄ lumē reddere poterat: q̄d uellet cecus ignorabat? Sed peti uult hoc quod nos & petere: & se cōcedere prenoscit. Importune nāq͂ ad orationē nos ammonet: & tn̄ dicit. Scit nāq͂ pater uester quid opus sit uobis anteq̄ petatis eū. Ad hoc ergo requirit ut petatur: ad hoc requirit ut cor ad orationē excitet. Vnde & cecus p̄tinus adiunxit. (Dn̄e ut uideā.) Ecce cecus a dn̄o nō aurū: sed lucē querit. Paruipendit extra lucē aliquid petere: quia & si habere cecus quodlibet potest: sine luce nō potest uidere q̄d habet. Imitemur igitur fratres charissimi eū quē & corpore audiuim⁹:

Margin notes:
Talibus dediti vix spūalia amplectūtur.
Hūanitatis xp̄i est trāsire sed stare diuinitatis.
Mat. vj. a

& mente illuminatum: nō falsas diuitias: nō terrena dona: nō fugitiuos honores a dño: sed lucē queramus: nec lucē que loco clauditur: q̄ tēpore finitur: q̄ noctiū interruptione uariatur: q̄ nobis cōmuniter cū peccoribus cernitur: sed lucē queramus quā uidere cum solis angelis possimus: quā nec initium inchoat: nec finis angustat. Ad quā profecto lucem uia fides est: unde recte & illuminādo ceco ꝓtinus respōdetur (Respice: fides tua te saluū fecit.) sed ad hoc cogitatio carnalis dicit. Quo modo possum lucē spūalem querere: quā uidere nō possum? Vnde mihi certū est si sit: que corporeis oculis nō ifulget? Cui scilicet cogitatiōi est quod breuiter quisq; respōdeat: dicens: quia & hec ipsa q̄ sentit: non per corpus sed per animā cogitat. Et nemo suā animā uidet nec tamē se dubitat habere animā quā nō uidet: ex inuisibili nāq; anima: uisibile regitur corpus si auferatur quod est inuisibile: protinus corruit hoc quod uisibile stare uidebatur. Ex inuisibili ergo substātia in hac uita uisibili uiuitur: & esse uita inuisibilis dubitatur. Sed iam petēti ceco quid factum est: uel quid ipse fecerit audiamus. sequitur. (Et cōfestim uidit & sequebatur eū.) Videt & sequitur: qui bonū quod intelligit operatur. Videt aūt sed nō sequitur: qui bonū quidē intelligit sed bona operari cōtēnit. Si ergo fratres charissimi cecitatem iā nostre peregrinationis agnoscimus: si credēdo in redēptoris nostri mysterium iuxta uiā sedemus si exorando cotidie ab auctore nostre uite lucē petimus: si eadē luce iam per intellectū uidendo illuminati post cecitatem sumus: iesum quē mente cernimus: opere sequamur. Aspiciamus qua graditur: & eius uestigia imitando teneamus. Iesum enī sequitur qui imitatur. Huic namq; dicit Sequere me. Et dimitte mortuos sepelire mortuos suos: sequere enim dicitur .i. imitare. Hinc rursus āmonet dicēs. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Cōsideremus ergo qua graditur: ut se qui mereamur. Ecce cum si dñs & creator angelorum: suscepturus naturā nostrā quā condidit in uterum uirginis uenit. Nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit: parentes pauperes elegit. Vnde & cum agnus qui pro illo offerretur defuit: columbarum pullos & par turturum ad sacrificium mater inuenit. Prosperari in mundo noluit: opprobria irrisionesq; tolerauit sputa: flagella: alapas: spineam coronā: crucem substinuit. Et qui rerum corporalium delectatione a gaudio interno cecidimus: cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaq; homo pro se pati debet si tāta deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in christum iam credit: sed adhuc auaritie lucra sectatur: in superbia honoris extollitur: inuidie facibus inardescit: libidinis se immunditia polluit: prospera que in mūdo sunt concupiscit: iesum in quem credidit sequi contemnit. Diuerso quippe itinere ambulat si gaudia delectationesq; appetit. Cui dux suus uiam amaritudinis ostendit. Reuocemus ergo ante oculos pec

Lucē nō terrena queramus a dño.

Mat. viij. c

Ioā. xij. d

Xps ꝓ hoīb9 multa tolerauit.

Xpm suo itinere ābulantes inueniemus.

cata que fecimus: consideremus q̃ terribilis iudex hec puniturus adue-
niat. Mentẽ formemus ad lamẽta. Vita nr̃a ad tẽpus amarescat in pe-
nitẽtię ne eternã amaritudinẽ sentiat in uindicta. Per fletus quippe ad
Mat.v.a gaudia perducimur ueritate pollicente q̃ ait. Beati qui lugent: quoniã
ipsi cõsolabuntur. Ad fletũ uero per gaudia peruenitur hac eadẽ uerita
Luce.vi.d te attestante q̃ ait. Ve uobis qui ridetis nũc: quia lugebitis & flebitis. Si
ergo retributionis gaudiũ in peruentione querimus: penitentię amari
tudinẽ in uia teneamus. Sicq; fit: ut nõ solũ nr̃a in deũ uita proficiat sed
hec ipsa nostra cõuersatio ad laudẽ dei: & alios ascẽdat. Vnde illic sub
ditur. (Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo)

Segmentũ ex euãgelio matthei. iiii. capite. A. quod ca-
nitur dñica prima in quadragesima.

IN illo tẽpore ductus est iesus in desertũ a spũ: ut tentaretur a dia
bolo. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta nocti
bus postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es dic
Deut.viii.a ut lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit. Scriptũ est non in
solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Tũc
assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatẽ: & statuit eum supra pinaculũ
Psal.xc tẽpli & dixit ei. Si filius dei es mitte te deorsum: scriptũ est enim quia an
gelis suis mãdauit de te: & in manibus tollent te: ne forte offendas ad la
Deute.vi.c pidem pedẽ tuũ. Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Non tentabis dñm
deum tuum. Iterum assumpsit eũ diabolus in mõtem excelsum ualde:
& ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum: & dixit ei. Hec
Deute.vi.b omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei iesus. Vade sa-
thana. Scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: & illi soli
seruies. Tunc reliquit eum diabolus & ecce angeli accesserunt: & mini
strabant ei.

Nõ in sole pane viuit homo: grece est viuet in futuro. Et similiter angelis suis man-
dabit in futuro: & nõ mãdauit in preterito: & in psalmo similiter ẽ erratũ hoc dicit lauren-
tius culpa librarij vel alicuius temerarij correctoris. Itẽ ibi ne forte offen. dicit legẽdũ esse
neq̃n vel ne vnq̃: sicut in psalmo. neq̃n dicat inimicus &c. Itẽ. Vade sathana. grece est a-
bi post me sathana. habet aũt sathanas acẽtũ in penultima q2 lõga est.

Homilia beati gregorii pape de eadem lectione. Habi-
ta ad populum in basilica sancti ioannis que dicitur constan
tiniana dominica. i. in quadragesima.

Jesus spũ sã cto ductus ẽ in desertũ

DVbitari a quibusdam solet: a quo spiritu sit Iesus ductus in
desertum: propter hoc quod subditur. Assumpsit eum dia
bolus in sanctam ciuitatem. Et rursus. Assumpsit eum in
montem excelsum. Sed uere & absq; ulla questione conue-
nienter: accipitur: ut a sancto spiritu in desertum ductus credatur: ut
illic eum suus spiritus duceret ubi hunc ad tentandum spiritus malig-
nus inueniret. Sed ecce cum dicitur deus homo: uel in excelsum mon

tem uel in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus: mens refugit credere: humana hoc audire aures expauescunt. Qui tamē nō esse incredibilia ista cognoscimus: si in illo & alia facta pēsamus. Certe iniquorū omniū diabolus caput est: & hui⁹ capitis mēbra sunt oēs iniqui. An nō diaboli mēbrū fuit pilatus. An nō diaboli mēbra iudei persequētes: & milites crucifigētes xp̄m fuerunt? Quid ergo mirū si se ab illo permisit in mōtē duci: qui se pertulit etiā & a mēbris illius crucifigi? Nō est ergo indignū redēptori nr̄o quod tētari uoluit qui uenerat occidi. Iustū qppe erat ut sic tētationes nostras suis tentationibus uinceret: sicut mortē nostrā uenerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis tētatio agitur: suggestione: delectatione consensu. Et nos cum tentamur plerūq; in delectationē: aut etiā in cōsensum labimur: quia ex carnis peccato propagati in nobis etiā ipsis gerimus unde certamina tolleramus. Deus uero qui in utero uirginis incarnatus in mundū sine peccato uenerat: nihil cōtradictionis in semetipso tollerabat. Tentari ergo per suggestionē potuit: sed eius mētē peccati delectatio nō momordit: atq; ideo omnis diabolica illa tētatio foris non intus fuit. Sed si ipsum ordinē tentationis eius aspicimus: pensemus quanta magnitudine nos a tentatione liberamur. Antiquus hostis cōtra primum hominem parentē nostrū in tribus se tētationibus erexit: quia hunc uidelicet gula: uanagloria & auaritia tentauit: sed tentādo superauit quia sibi eū per cōsensum subdidit. Ex gula quippe tētauit: cū cibū ligni uetitū ostēdit: atq; ad comedēdum suasi. Ex uana aūt gloria tentauit cum diceret Eritis sicut dii. Et ex prouectu auaritie tētauit cū diceret. Sciētes bonum & malū. Auaritia enim nō solū pecunie est sed etiam altitudinis. Recte enim auaritia dicitum: cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim nō ad auaritiam honoris rapina pertineret: neq̄quā paulus deunigenito dei filio diceret. Non rapinā arbitratus est esse se equalē deo. In hoc ergo diabolus parētem nostrū ad sup̄biam traxit: quo eū ad auaritiā sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit: eisdem modis secūdo homini tētator succubui. Per gulam quippe tentat cū dicit. (Dic ut lapides isti panis fiant.) Per uanā gloriam tentat cum dicit. (Si filius dei es mitte te deorsum?) per sublimitatis auaritiā tentat: cū oīa regna mundi ostēdit dicens (Hec oīa tibi dabo si procidēs adoraueris me.) Sed eisdē modis a secundo homine uincitur: quibus primū se uicisse gloriabatur: ut a nostris cordibus ipso aditu captus exeat quo nos aditu intromisimus tenebat. Sed aliud est fratres charissimi quod in hac tentatione dn̄ica cōsiderare debeamus: quia tentatus a diabolo dn̄s: sacri eloquii precepta respondit: & qui eo uerbo quod erat tētatorē suū mergere in abyssum poterat: uirtutē sue potentie nō ostēdit. Sola diuine scripture precepta edidit: quatinus sue nobis pacientie pre-

Pilatus fuit mēbrū diaboli.

Tentatio tripliciter agitur.

Adā triplici tētatiōe tētatus fuit.

Gene. iii. a

Ad filipē. ii. a

beret exemplum: ut quotiens a prauis hominibus aliquid patimur: ad doctrinā excitemur potius q̄ ad uindictā. Pensate quāta est patiētia dei quāta est impatiētia nr̄a. Nos si iniuriis aut aliqua lesione prouocamur furore permoti aut quātū possumus nosmetipsos ulcisimur: aut quod nō possumus facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli dn̄s pertulit: & nihil ei nisi māsuetudinis uerba respōdit. Portat quē punire poterat: ut hoc in laudem eius latius cresceret: si hostē suū nō extinguendo: sed interim patiendo superaret. Notandū uero quod subditur: quia recedē te diabolo angeli ministrabāt ei. Ex qua re q̄d aliud quā unius persone utraq; natura ostēditur. Quia & hō est quem diabolus tentat: & idē ipse deus est: cui ab angelis ministratur. Cognoscamus in eo igitur naturā nr̄am: quia nisi hūc diabolus hoiem cerceneret: nō tentaret. Veneremur in illo diuinitatē suā: quia nisi sup oīa deus existeret: ei nullo mō angeli ministrarent. Sed quia his diebus quadragesime lectio cōgruit: nā quadraginta dierū abstinentiā nr̄i redēptoris audiuimus: quia quadragesime tēpus inchoamus: discutiendū nobis est: cur hec ipsa abstinētia per quadraginta dierū numerū custoditur. Moyses enim ut legem acciperet secūdo: diebus quadraginta ieiunauit. Helias in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse auctor hoim ad homines ueniēs in quadraginta diebus: oīmodo nullū cibū sumpsit. Nos quoq; in quantū possumus: annuo quadragesime tpe carnem nr̄am per abstinentiā affligere conemur. Cur ergo in abstinentia quadragenarius numerus custoditur? nisi quia uirtus decalogi p libros quattuor sancti euāgelii impletur Denarius etenim numerus quater ductus in quadragenariū surgit: q̄a tūc decalogi mādata perficimus: cū ꝑfecto quattuor libros sancti euāgelii custodimus. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc enim mortali corpe ex quattuor elementis subsistimus: & per uoluptates eiusdē corporis preceptis dn̄icis cōtraimus. Precepta aūt dn̄ica per decalogum sunt accepta. Quia ergo p carnis desideria decalogi mādata cōtēpsimus: dignū est ut eādem carnem q̄terdecies affligamꝰ. Quāuis de hoc quadragesime tpe est adhuc aliud quod possit intelligi. A p̄senti eni die usq; ad paschalis solēnitatis gaudia sex hebdomade ueniūt. Quarū uidelicet dies: quadraginta duo fiunt. Ex quibꝰ dū sex dies dn̄ici abstinentie subtrahūtur: nō plus in abstinentia quā triginta & sex dies remanent. Dū uero per trecētos & sexaginta quinq; dies annus ducitur: nos aūt per triginta & sex dies affligimur: quasi anni nostri decimas deo damus: ut q̄ nobismetipsis per acceptum annum uiximus: auctori nostro nos in eiꝰ decimis per abstinentiam mortificemus. Vnde fratres charissimi: sicut offerre in lege iubemini decimas rerum: ita ei offerre contendite & decimas dierum. Vnusquisq; in quātum uirtus suppetit: carnem maceret eiusq; desideria affligat concupiscentias turpes interficiat. Vt iuxta pau

Hoies vt plurimū sunt impaciētes.

Quadragesima quarē in abstinentia. xl. dierū. Exo. xxxiiii.d iii. reg. xix.b

Leui. xxvii.d

li uocem: hostia uiua fiat. Hostia quippe & immolatur & uiua est: quando & ab hac uita homo nō deficit & tñ se a carnalibus desideriis occidit Caro nos leta traxit ad culpā, afflicta reducat ad ueniā. Author etenim mortis nostre per fructū ligni uetiti uite precepta trāsgressus est. Qui ergo a paradysi gaudiis per cibū cecidimus: ad hec in quātū possumus p abstinentiā resurgamus. Sed nemo sibi eādem abstinentiā solā credat posse sufficere: cum per prophetā dñs dicat. Nōne hoc est maius ieiunium quod elegit? Subiiciens. Frāge esurienti panem tuū: & egenos uagosq; induc in domū tuam. cū uideris nudū: operi eū: & carnem tuā ne despexeris: Illud ergo ieiuniū deus apꝓbat: quod ad eius oculos manꝰ helemosynarū leuat. Quod cū proximi dilectione agitur: quod ex pietate cōditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis alteri largire ut unde tua caro affligitur inde egentis proximi caro reparetur. Hinc enim per ꝓphetam dñs dicit. Cum ieiunaretis & plangeretis: nunquid ieiuniū ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bibistis: nunquid nō uobis comedistis & uobis metipsis bibistis? Sibi enī comedit & bibit qui alimenta corpis q̄ sunt cōmunia dona conditoris: sine indigentibus percipit. Et sibi quisq; ieiunat: si ea que sibi ad tempus subtrahit nō pauperibus tribuit: sed uentri postmodū offerenda custodit. Hinc per iohelem dicitur. Sanctificate ieiuniū. Ieiuniū quippe sanctificare est: adiunctis bonis aliis dignam deo abstinentiā carnis ostendere. Cesset ira. sopiātur iurgia. In cassum enī caro atteritur: si a prauis suis uoluptatibus animus nō refrenatur. Cū per prophetā dñs dicat. Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluptas uestra & oēs debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & pcutitis pugno impie. Neq; enī qui a debitore suo hoc quod dedit repetit: aliquid iniustum facit: sed dignum est ut quisquis se in penitentia macerat: etiam hoc quod sibi iuste cōpetit iterdicat. Sic sic nobis afflictis & penitentibus a deo dimittitur quod iniuste egimus: si pro amore illius & hoc quod nobis iuste cōpetit relaxamus.

Decimas rerū & dierū debemꝰ offerre Ad ro. xii. a

Esai. lviii. d

Zacha. vii. b

Joelis. i. c

Isaie. lviii. a

Segmentum ex euangelio. Matthei. xv. capite littera. B. quod canitur dominica secunda in quadragesima.

IN illo tempore. Egressus inde Iesus secessit in partes tyri & sidonis. Et ecce mulier chananea a finibꝰ illis egressa clamauit dicēs ei. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabāt eū dicentes. Dimitte eā: quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa uenit & adorauit eū dicens. Dñe adiuua me. Qui respōdens ait. Nō est bonū sumere panem filiorum: & mittere canibus. At illa dixit.

Etiam dn̄e: nam & catelli edunt de micis que cadunt de mēsa dn̄orum suorū. Tunc respondens iesus ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Homilia uenerabilis bede presbyteri.

AVdiuit uestra dilectio in presenti sancti euāgelii lectione de dn̄i nostri mirabilibus: enūciantē atq; canētē euāgelistā. (Et egressus inde iesus secessit in partes tyri & sidonis.) oīs enim lex diuinitus inspirata semp utiles est ad docēdū ad audiendū ad intelligēdum. Ergo si omnis lex diuinitus inspirata a qua prophete & apostoli fuerūt per spūm sanctū locuti in oībus anime nostre utilis est: quāto magis quod ipse dn̄s nr̄ per seipsū nobis ostēdit. Ergo. (egressus inde iesus abiit in partes tyri & sidonis.) idest reliquit iudeos: & uenit ad gētes. Quos reliquit remāserūt in pditione ad quos uenit de pditione salui facti sunt. (Egressa mulier clamauit dicētes. Miserere mei dn̄e fili dauid.) O magnū mysteriū: dn̄s egressus es a iudeis: & mulier egressa est a finibus suis. Ille reliquit iudeos: & illa mulier reliquit idolatriā & cōuersationē pessimam: quod illi perdiderunt ista inuenit quem illi in lege negauerāt: ista per fidē cōfessa est. Mulier hec mater est gētiū que ex fide xp̄m cognouit. Pro filia itaq; sua. i. populo gētiū dn̄m deprecatur quia errando per idolatrias & peccata diuersa: male a demonio uexabatur. Ergo hec mulier pro filia. i. pro ecclesia gentiū rogat (Qui nō respōdit ei uerbū) Nō quia nolebat dn̄s curare eam: sed ut maiorē fidem & humilitatē eius ostēderet. Nam & discipuli cōmoti mia rogauerunt dn̄m dicentes. (Dimitte eā quia clamat post nos.) quibus respōdit (Non sum missus nisi ad oues perditas domus israel.) Hic iam ad cumulum iudeorū: ut nulla sit eis in die iudicii excusatio dicentibus: quia plus ad gētes q̄ ad nos uoluit uenire. Ecce iudeis negantibus: mulier gētilis rogat sanitatē filie sue: sed dn̄s excusat & iterū procidit & adorauit dicens. (Dn̄e adiuua me.) Cui iterū dn̄s ait. (Non est bonum sumere panē filiorū & mittere canibus.) quid ad hec dicturi sunt iudei? Ecce illos filios dixit: & gētes canes appellauit. Et iterū. Mulier cōsentiens saluatori ait. (Etiam dn̄e.) hoc est scio dn̄e: quia populus gētiū canes sunt idolis seruiēdo: & cōtra deum latrando: sed & catelli edunt de micis q̄ cadunt de mēsa dominoꝝ suorū idest uenisti ad iudeos & teipsum eis exhibuisti & non te excipere uoluerunt. Certe uel quod illi repulerūt hoc nobis petētibus dona. Cuius dn̄s nr̄ importunam fidē cognoscēs ait. (O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis.) Accepit fides quod opera non merētur. Gētes p fidem de canibus sunt filii effecti. Dicente dn̄o p prophetam. Vocabo non plebē meam: plebem meam: & nō dilectam meam: dilectam meam erit enim in loco ubi uocabūtur filii dei uiui. Econtrario nō recipentes iudei: de filiis canes odibiles effecti sunt.

Lex diuinit⁹ inspirata ad q̄d vtilis est.

Mulier chananea mater est gētiū

Gētes p fidē de canib⁹ sūt effecti filij

Ad ro. vj. c

ſicut ipſe dñs in paſſiõe ſua loquit̃ p ,pphetá dicens. Circũdederunt me canes multi: thauri pingues obſederunt me. Vnde dilectiſſimi nobis cognouimus de quo ad quid puenimus. Nõ aliud ſapiamus ſed ſemp & ſine ceſſatione dñm timeamus. nam ſi peccauerimus: quia naturalibus ramis nõ pepercit: ne forte nec nobis parcat. Dicente dño. Ecce ſanus effectus es iam noli peccare: ne quid deterius tibi aliquid cõtingat. Quia omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti ut recipiat unuſquiſq; ſecundum quod geſſit ſiue bona: ſiue etiam mala.

Pſal. xxi. Joan. v. c. ij. corin. v. b.

Segmẽtum ex euangelio Luce. xi. cap̃. littera. B. quod canitur dominica tertia in quadrageſima.

ET erat ieſus eiiciẽs demoniũ & illud erat mutum. Et cũ eieciſſet demonium: locutus eſt mut⁹: & admirate ſunt turbe. Quidam aũt ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. & alii tentãtes ſignum de celo querebãt ab eo. Ipſe aũt ut uidit cogitatiões eoꝝ dixit eis. Omne regnũ in ſeipſum diuiſum deſolabitur: & dom⁹ ſupra domũ cadet. Si aũt & ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt quomodo ſtabit regnum eius: quia dicitis in beelzebub me eiicere demonia? Si aũt ego in beelzebub eiicio demonia: filii ueſtri in quo eiiciũt? ideo ipſi iudices ueſtri erunt. Porro ſi in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in uos regnũ dei. Cũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ in pace ſunt ea q̃ poſſidet. Si aũt fortior illo ſupueniens uicerit eũ: uniuerſa arma eius auferet: in quibus cõfidebat: & ſpolia ei⁹ diſtribuet. Qui nõ eſt mecũ: cõtra me eſt. Cũ imundus ſpũs exierit ab homine: ambulat p loca inaquoſa: q̃rens requiẽ: & nõ inueniẽs dicit. Reuertar in domũ meã unde exiui: & cũ uenerit inuenit eã ſcopis mundatam & ornatã. Tũc uadit & aſſumit ſeptẽ alios ſpũs nequiores ſe: & ingreſſi habitant in eo. Et ſunt nouiſſima hois illius peiora prioribus. Factum eſt autẽ cũ hec diceret: extollens uocem quedã mulier de turba dixit illi. Beatus uenter q te portauit & ubera q̃ ſuxiſti. At ille dixit. Quin imo. Beati qui audiunt uerbum dei: & cuſtodiunt illud.

Illud erat mutũ & locutus eſt mut⁹ grece eſt illd erat ſurdum & locutus eſt ſurdus.
Item oẽ regnũ. &c. grece eſt deſolatur et cadit de pꝰſenti et nõ de futuro deſolabitur.
Si aũt et ſathanas in ſe ipſum diuiſus eſt. dicit valla in ſeipſo diuiſus eſt vel ſup ſeipꝫ

Homilia uenerabilis bedæ præſbyteri.

DEmoniacus iſte apud mattheũ nõ ſolũ mutus ſed & cecus fuiſſe narratur. Curatuſq; dicit̃ a dño ita ut loq̃ret̃: & uideret. Tria gñalia ſigna ſimul in uno hoie ppetrata ſunt. Cecus uidet. mutus loq̃tur. poſſeſſus a demone liberat̃. Quod & tũc quidẽ carnaliter factũ eſt: ſed & quotidie cõplet̃ in cõuerſione credentium: ut expulſo primũ demone fidei lumẽ aſpiciãt: deinde ad laudes dei tacẽtia prius ora laxent̃. (Quidã aũt ex eis dixerũt: in beelzebub principe demonioꝝ eiicit demõia) nõ hoc aliqui de turba: ſed phariſei calumniabant̃ & ſcribe: ſicut alii euãgeliſte teſtant̃. Turbis q̃ppe q̃ minus erudite uidebant̃ dñi ſemp facta mirãtibus: illi cõtra uel negare hec. Vel q̃

Mat. xij. b.

negare nequerāt: sinistra interꝑtatiōe puertere laborabāt q̄si hec nō di
Beelzebub muscarū de⁹ uinitatis sed imūdi spūs opa fuissent.i.beelzebub q de⁹ erat acharō. nā
beel qdē ipse est baal.zebub musca uocat᷑.nec iuxta q̄dā mēdosa exem
plaria.l.littera uel.d.in fine est nois legēda:sed.b.Beelzebub ergo ba-
al muscaꝝ.i.deus muscaꝝ:siue hn̄s muscas interꝑtat᷑.Ob sordes uideli
cet imolaticii cruoris ex cui⁹ expurcissimo ritu uel noie principē demo
nioꝝ cognominabāt.(Et alii tētantes signū de cœlo q̄rebāt ab eo)uel i
morē helie ignē de sublimi uenire cupiebant.uel in sīltudinē samuelis
tpe estiuo mugire tonitrua:coruscare fulgura:ibres ruere.q̄si non pos-
sint & illa calūniari & dicere ex ocultis & uariis aeris passiōib⁹ accidis-
se. At tu q calūniaris ea q̄ oculis uides manu tenes utilitate sentis: qd fa
cies de his q̄ de celo uenerint? Utiq̧ rn̄debis. & magos in egypto multa
signa fecisse de celo.(Ipse aūt ut uidit cogitatiōes eoꝝ dixit eis.Oē reg
nū in seipsum diuisum desolabit᷑:& dom⁹ supra domū cadet.) Non ad
dicta sed ad cogitata rn̄dit:ut uel sic cōpellerent᷑ credere potentiā eius:
q cordis uidebat occulta.Si aūt omne regnū in seipsum diuisum deso-
lat᷑:ergo patris & filii & spūs sancti regnū nō est diuisum qd sine ulla cō
tradictiōe nō aliquo unq̄ poterit labefactari ipulsu. Si uero sancte & in
diuidue trinitatis indiuiduum:imo quia indiuiduū manet regnū. Desi
Arrianorum prauitas. stant arriani minorē patre filium:minorē filio sanctum dicere spm̄. qa
quoꝝ unū est regnū:horum est & una maiestas.(Si autē & sathanas in
seipsum diuisus est:quō stabit regnum ipsius:qa dicitis in beelzebub eii
cere me demonia?)Hec dicens ex ipsoꝝ cōfessione uolebat itelligi qd
in eū nō credendo:in regno diaboli esse dixissent:quod utiq̧ aduersum
se diuisum stare nō possit.Eligāt ergo pharisei quod uoluerint si satha-
nas sathanā nō potest eiicere:nihil cōtra dn̄m quod dicerent: inuenire
potuerūt.si aūt potest:multo em̄ magis sibi ꝓspiciant : & recedāt de re-
gno eius quod aduersum se diuisum stare nō potest. In quo aūt dn̄s eii-
ciat demones:ne demonioꝝ principē existiment: attendant quod seq-
tur.(Si autem ego in beelzebub eiicio demonia:filii u̅ri in quo eiiciūt?
Ideo ipsi iudices uestri erūt.) Dixit hoc utiq̧ discipulis suis illius populi
filiis:qui recte dn̄i discipuli iesu xp̄i bene sibi cōscii fuerāt:nihil se mala
rum artium a bono magistro didicisse ut in principe demonioꝝ eiice-
rent demones:ideo inquit. Ipsi iudices uestri erūt.ipsi inquit. ipsi ignobi
lia & contēptibilia huius mundi in quib⁹ nō artificiosa malignitas: sed
scā simplicitas mee uirtutis apparet.ipsi testes mei iudices uestri erunt.
Aliter filios iudeoꝝ exorzistas gentis illi⁹ ex more significat: q ad inuo
cationem dei eiiciebāt demones:& coarctat eos interrogatiōe pruden-
ti ut confiteant᷑ spūs sancti esse opus. Quod si expulsio inquit demonū
in filiis uestris deo nō demonib⁹ deputat᷑:quare idē in me opus nō ean-
dem habet causam?(Ergo ipsi iudices uestri erunt)nō potestate sed cō-

paratione: dū illi expulsionem demonū deo assignant: uos beelzebub principi demoniorum. (Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in uos regnū dei.) Iste est digitus: quē & confitentur magi: qui cōtra moysen & aaron signa faciebant dicētes. Digitus dei est iste. quo & tabule lapidee scripte sunt in mōte synai. Igitur manus & brachium dei filius est. & digitus eius spirit⁹ sanctus. Patris & filii & spūs scī una substantia est. Nō te scādalizet membroꝝ inequalitas quū edificet corporis unitas. Aliter. Digitus dei uocat̃ spūs sanctus propter partitionē donorū: quæ in eo dantur unicuiqꝫ propria siue hoim siue angelorum. In nullis eñ mēbris nr̃is magis apparet particio quā in digitis. Quod autē dixit. Peruenit in uos regnum dei: regnum dei nunc dicit: quo dānantur ipii. & a fidelibus de pc̄tis suis pænitentiam nunc agentibus secernunt. (Quū fortis armatus custodit atriū suū: in pace sunt ea q̄ possidet.) Fortem diabolū. atriū uero eius: mundū qui in maligno positus est appellat. in quo usqꝫ ad saluatoris aduentum male parto potiebatur iperio: quia in cordib⁹ infideliū sine ulla contradictiōe quiescebat. Vnde & alibi princeps mundi uocatur: dicente dño. Venit enim princeps mundi huius: & in me nil inuenit. Et iterū. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. De qua hic eiectione subiungitur. (Si autem fortior illo superueniens uicerit eum: uniuersa arma eius auferet: in quibus confidebat. & spolia eius distribuet.) De ipso quippe loquitur: ꝙ non concorde fallax operatione: quemadmodum calūniabantur: sed fortiori potentia uictor homines a demonio liberaret. Arma in quibus male fortis ille confidebat: astutiæ doliqꝫ sunt nequitiæ spiritualis. Spolia uero eius ipsi homines sunt ab eo decepti: quæ uictor Christus distribuit: quod est insigne triumphantis. quia captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. quosdam quidem apostolos. alios euangelistas. hos prophetas. illos pastores ordinans & doctores. (Qui non est mecum aduersum me est. & qui non colligit mecum dispergit.) Non putet quisquam de hereticis hoc dictum & scismaticis: quamquam & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex sequentibus textuqꝫ sermonis ad diabolum refert. & ꝙ non possunt opera saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas. dominus liberare. Ille prædicat idola. hic unius dei noticiam. Ille trahit ad uitia. hic ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se: quorum opera diuisa sunt? (Quum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa.) Quamuis simpliciter intelligi possit dominum hæc ad distinctionem suorum & sathane operum adiunxisse. ꝙ si licet ipse semper polluta mundare. Sathanas uero mundata grauioribus festinet attaminare sordibus. Tamen & de heretico quolibet uel

Exodi. viij.c

In nullis mēbris magis apparet partitio quā in digitis.

Joā. xiiij. d. Joan. xij. e.

Opera saluatoris & beelzebub diuersa.

de scismatico: uel etiã malo catholico potest nõ incõueniẽter accipi. de quo tpe baptismatis spũs imũdus: qui in eo prius habitauerat: ad cõfessionẽ catholicæ fidei abrenũciationẽq; mundanæ cõuersatiõis eiiciat: loca q; inaquosa pagret. i. corda fideliũ: q̃ a mollicie fluxe cogitatiõis expurgata sint callidus tentator exploret: si quos ibi forte sue nequitie gressus figere possit. Sed bene dicit (q̃rens requiẽ & nõ inueniẽs.) quia castas mẽtes effugiẽs in solo diabolus corde prauorũ gratã sibi potest inuenire quietẽ. Vnde & de illo dñs. Sub umbra inqt dormit. in secreto calami. in locis humẽtibus. In umbra uidelicet tenebrosas cõsciẽtias (i calamo q foris nitidus: intus est uacuus simulatrices: in locis humẽtib⁹ lasciuas mollesq; mẽtes) insinuãs. Tũc dicit. (Reuertar in domũ meã unde exiui.) Timendus est iste uersiculus nõ exponẽdus: ne culpa: quã in nobis extinctã credebam⁹: p incuriã nos uacãtes opprimat. (Et cum uenerit iuenit scopis mũdatã.) Hoc est gratia baptismatis a peccatorũ labe castigatã: sed nulla boni opis industria cumulatã. Vnde bene mattheus hanc domũ uacantẽ scopis mundatã: atq; ornatã dicit inuẽtam. Mundatam uidelicet a uitiis pristinis post baptismũ. Vacãtem a bonis actibus p negligentiam. ornatã simulatis uirtutibus p hypocrisim. (Et tunc uadit & assumit septẽ alios spũs nequiores se: & ingressi habitant ibi.) Per septẽ alios spũs uniuersa uitia designat. Quecũq; eñ post baptismũ siue prauitas heretica: siue humana cupiditas arripuerit: mox oium prosternet in ima uitioꝝ. Vnde recte nequiores tunc eũ spũs dicuntur ingressi: qa non solũ habebit illa septẽ uitia: q̃ septẽ spiritualib⁹ sunt cõtraria uirtutib⁹: sed p hypocrisim ipsas se uirtutes habere simulabit. (Et sunt nouissima hois illius peiora priorib⁹.) Melius est enim uiã ueritatis nõ agnoscere: quã post agnitionẽ retrorsum cõuerti. Quod in iuda traditore: uel in Symone mago: cæterisq; talibus specialiter legim⁹ ipletũ. Quo aũt gñaliter hec parabola tẽdat ipse secundũ mattheũ saluator exposuit: ubi ea terminata mox subdidit dicẽs. (Sic erit & gñationi huic pessime) idest qd de uno quolibet specialiter geri solere narraui: hoc in tota gñaliter huius ppli gẽte geri nõ desinit. Immũdus qppe spũs exiuit a iudeis quãdo acceperũt legẽ. & ambulauit p loca arida q̃rens sibi requiẽ: expulsus uidelicet a iudeis ambulauit p gentiũ solitudines. Quæ cũ postea dñm credidissent: ille nõ inuento loco in natiõibus dixit. Reuertar in domũ meã pristinam: unde exiui. habeo iudeos: quos ante dimiserã. (Et ueniẽs inqt iuenit uacãtẽ & scopis mũdatam.) Vacabat eñ tẽplũ iudeoꝝ. & xpm hospitẽ nõ habebat dicentẽ. Dimittetur uobis domus uestra deserta. Quia igitur dei & angeloꝝ presidia nõ habebãt: & ornati erãt sup fluis obseruationibus phariseoꝝ: reuertet ad eos diabolus: & septenario sibi numero demonũ addito: habitat pristinã domũ. (Et sunt posteriora hois illius peiora priorib⁹.) Mul

Job. xl. c.
Mat. xij. d.
Septẽ spiritus vniuersa vitia designant.
Meli⁹ est nõ agnoscere viam veritatis quã agnitã relinquere.
Ibidem.
Mat. xxiij. d

Io enim nunc maiore demonũ numero possidentur blasphemantes in sinagogis suis xp̄m iesum quã in egypto possessi fuerant ante legis noticiam. Quia aliud est uenturũ non credere. aliud enim non suscepisse cũ uenerit. Septenarium enim numerum adiunctum diabolo uel propter sabbatum intellige. uel propter numerum spiritus sancti: ut quomodo in Esaia per uirgam de radice iesse. Et florem qui de radice ascẽdit: septem spiritus uirtutum descendisse narrantur: ita & econtrario uitiorum numerus in diabolo consecratus sit.

Esaie.xi.a.

Segmentum ex euãgelio Ioannis sexto capite littera A. quod canitur dominica quarta in quadragesima.

IN illo tpe. Abiit iesus trans mare galilee quod est tyberiadis. Et sequebatur eũ multitudo magna: quia uidebat signa que faciebat super his qui infirmabãtur. Subiit ergo in montẽ iesus. & ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat autẽ proximum pascha dies festus iudeorum. cum subleuasset ergo oculos iesus: & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum: dicit ad philippũ. Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eũ. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: ut unusquisque modicũ quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius andreas frater symonis petri. Est puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos: & duos pisces: sed hec quid sunt inter tantos? Dicet ergo iesus. Facite homies discumbere. Erat autem fenum multũ in loco. Discubuerũt ergo uiri numero quasi quinque milia. Accepit ergo iesus panes: & cum gratias egisset: distribuit discumbẽtibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmẽta ne pereant. Colegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis & duobus piscibus: que superfuerunt his qui manducauerãt. Illi ergo homines cum uidissent quod iesus fecerat signum dicebant. Quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum.

Accepit Jesus panes et cũ gratias egisset distribuit discumbentibus. dicit lauren. quod tam apud ioannẽ quam apud ceteros euãgelistas: sic historia narrat grece.

Accepit autẽ panes iesus et ubi gratias egit distribuit discipulis discipuli discumbẽtibus.

Cophinos. idest accẽtũ habet in tertia a fine.

Homilia uenerabilis bedæ.

QVi signa & miracula domini ac saluatoris recte cum legunt uel audiunt accipiunt: non tam in his quid foris stupeant attendant: quam quid horum exemplo ipsi intus agere. quid in his mysticum ppẽdere debeant. inspiciant. Ecce etenim appropinquante pascha dies festus iudeorum sequẽtẽ se multitudinẽ dominus uerbo salutis pariter & ope curationis erigebat. Nam sicut euangelista alius scribit: loquebatur illis de regno dei: & eos qui curari indigebant sanabat. Eadẽque doctrina & sanatione completa: paucis decibariis abundantissime refecit. Et nos ergo fratres charissimi huius rei exẽplo imitatores facti: appropinquante pascha die festo nostre redẽptio

nis adiuncta fratrum caterua dn̄m toto corde sequamur. Quo actio/
nū itinere ingressus sit diligentissime contēplemur: ut uestigia eius seq̄
mereamur. Qui eñ dicit se inipso manere: debet sicut ille ambulauit &
ipse ambulare. Quicquid in nobis impericie nocentis inesse deprehen
dimus: crebra uerbi illius auditione tergam⁹. Quicquid uitii tentamē
ti morbi uidelicet sp̄ualis nos interius uastare senserimus: solicite pieta
tis illius munere postulemus emundari. Sed & si ei unitos nos celestis ui
te dulcedine cōspexerimus: ei⁹ gratiā flagitemus: ut necessarie nos cō/
punctionis & ceterarum uirtutū spiritualium donis saciare dignetur:
quatinus tp̄e sacrosancte resurrectionis illius interius exteriusq̄ decen
ter ornati sacramēta salutis puro corpore simul & corde sumamus. Ve
rum quia breuiter ista p̄libauimus: libet diligentius totā sacre seriem le
ctionis intueri. & quicq̄d in ea mysticum indagare ualemus uestre pan
dere charitati. (Abiit iesus trans mare galilee quod est tyberiadis.) Pri/
mo dicendū est iuxta historiā: quia mare galilee: quod multis diuersita
te circūiacenciū regionū uocabulis distinguit. Illis tm̄ in locis tyberia/
dis uocatur: ubi apud tyberiadē ciuitatē aquis ut aiūt calidis salubrē ha
bitationem p̄mōstrat. Siquidē interfluente iordane duode uiginti pas/
suum milibus in longū. & quinq̄ extenditur in altū. Mystice aūt mare
turbida ac tumētia seculi huius uolumina significat: in quibus praui q̄
libet iniuste delectati quasi profundis dediti pisces: mētē ad sup̄na gau/
dia non intendunt. Vnde bene idem mare galilee rota cognominatur
quia nimirum amor labētis seculi quasi in uertiginē corda mittit: q̄ ad
p̄hennis uite desideria ire nō permittit. De quibus psalmista. In circui/
tu inquit impii ambulāt. Sed abeuntē trans mare galilee Iesum multi/
tudo maxima seq̄batur: q̄ doctrine sanationis & refectiōis ab eo mune
ra summa p[illegible]pit. Quia priusq̄ dn̄s in carne appareret: sola illū gens iu
daica seq̄batur credendo. postquā uero p incarnationis sue dispēsatio/
nem fluctus uite corruptibilis adiit: calcauit trāsiit. Maxima mox eum
multitudo credentiū secūta est nationū: spiritualiter instrui: sanari: ac
saciari desiderans: & cū psalmista deprecās. Dn̄e ad te cōfugi doce me
facere uolūtatem tuā. Miserere mihi dn̄e quoniam infirmus sum sana
me domine quoniā cōturbata sunt ossa mea. Et iterū de p̄cipiendis ab
eo uite p̄petue alimoniis cōfisa: dn̄s inquit. Pascit me. & nihil mihi dee
rit in loco pascue ibi me collocauit. Quod aūt subiēs montē iesus ibi se
debat cū discipulis suis: sed ueniente ad eū multitudine descendit: atq̄
hanc inferioribus paulo ante curauerat: nequaquam frustra credam⁹:
sed ad significandum mystice: quia doctrinam & chrismata sua domi
nus iuxta percipientium capacitatem distribuit. Infimis quidem adhuc
mentibus: ac paruulis spiritu simpliciora credens sacramenta. celsiori/
bus autem quibusq̄ & perfectioribus sensu: secretiora sue maiestatis ar

Qui in deo manet debet sicut ipse ambulauit ambulare.

Mare galilee multis distinguit vocabulis.

Mare quid mystice significat. Mare gali. rota cognominatur.

Psalm⁹. xi.

Psal. cxlii.

Psal. vi.

Psal. xxii.

Doctrinam et chrismata sua iuxta percipientiū capacitatem distribuit de⁹.

chana referans: arctiora deuote conuersationis itinera suggerens: & al[ti]ora præmiorum celestium dona promittens.

Segmentum ex euangelio Ioannis octauo capite. F. quod canitur dominica in passione.

IN illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorum: & principibus sacerdotũ. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico uobis: q̃ re uos non creditis mihi? Qui est ex deo: uerba dei audit. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iu dei & dixerunt ei. Nonne benedicimus nos: quia samaritanus es tu & demonium habes? Respondit iesus. Ego demoniũ non habeo: sed honorifico patrem meũ: & uos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet. Amen amen dico uobis: si qs sermonem meum seruauerit: non uidebit mortem in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demoniũ habes. Abraham mortuus est & prophete: & tu dicis. Si quis sermonem meũ seruauerit: non gustabit mortem in eternum. Nunquid tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est? Et prophete mortui sunt: quẽ teipsum facis? Respondit iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me quem uos dicitis: quia deus uester est: & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero quia non noui eũ. ero similis uobis mendax: sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraam pater uester exultauit ut uideret deum meum: uidit & gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes & abraam uidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico uobis: anteq̃ abraam fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides iudei ut iacerẽt in eum. Iesus autem abscondit se & exiuit de templo.

Homilia beati gregorii pape de eadẽ lectiõe. Habita ad populum in basilica sancti petri apostoli dominica in passione.

PEnsate fratres charissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata uenerat & dicebat. (Quis ex uobis arguet me de peccato?) non dedignatur ex ratione ostẽdere se peccatorẽ non esse: qui ex uirtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est ualde quod subdidit. (Qui ex deo est: uerba dei audit. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis.) Si enim ipse uerba dei audit qui ex deo est: & audire uerba eius non potest quisquis ex illo non est: interroget se unusquisq; si uerba dei in aure cordis percipit: & intelligit unde sit. Cœlestem patriam desiderare ueritas iubet. carnis desideria conteri mundi gloriam declinare: aliena non appetere: propria largiri. Penset ergo apud se unusquisq; uestrum: & si hec uox dei in cordis eius aure conualuit: quia iam ex deo sit agnoscet. Nam sunt nonnulli qui p̃cepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt non

Uerbo: dñi auditores sunt in multiplici differentia.

nulli q hec qdem corporis aure percipiunt:sed nullo ea mentis deside-
rio cōplectunt. Et sunt nōnulli q libēter uerba dei suscipiūt:ita ut etiā
fletibus cōpungant:sed post lachrymarū tēpus ad iniqtatem redeunt.
Hi ꝓfecto uerba dei nō audiunt:qui hec exercere in ope cōtemnūt. Vi
tā ergo uestrā fratres charissimi ante mētis oculos reuocate:& alta cō-
sideratiōe ptimescite. Hoc quod ex ore ueritatis sonat. Propterea uos
nō auditis qa ex deo nō estis. Sed hoc quod de reprobis ueritas loqtur:
ipsi hoc de semetipsis reprobi iniqs suis opibus ostēdunt. Nā seqtur. re-
sponderunt ergo iudei & dixerūt ei. (Nōne bñdicimus nos: quia sama
ritanus es tu:& demoniū habes?) Accepta aūt tāta cōtumelia:quid de-
us respōdeat audiamus. (Ego demoniū non habeo: sed honorifico pa
Samaritanus custos interpretatur. trem meū:& uos inhonorastis me.) Quia em̄ samaritanus iterpretatur
custos. & ipse ueraciter custos est. De quo psalmista ait. Nisi dñs custo-
Psal. cxxvj. dierit ciuitatem:in uanum uigilant qui custodiunt eam. Et cui per esai
Esaie.xxi.c. am dicitur. Custos quid de nocte? Custos qd de nocte? Respōdere no-
luit dñs:samaritanus nō sum. sed ego demonium nō habeo. Duo qp-
pe ei illata fuerant:unū negauit:aliud tacendo cōsensit. Custos namq
humani gñis uenerat. & si samaritanū se nō esse diceret: esse se custodē
negaret. Sed tacuit quod recognouit: & patiēter repulit quod dictum
fallaciter audiuit. (Ego demoniū nō habeo.) In qbus uerbis qd aliud
nisi supbia nostra cōfundit? quæ si ex agitata uel leuiter fuerit attrocio
res iniurias reddit:q̄ acceperat. Facit mala que potest: minatur & quæ
Patientia xp̄i nos ad patientiā exhortari debet non potest facere. Ecce iniuriam suscipiens deus non irascitur. Non cō
tumeliosa uerba respondit:q si eisdem ista dicentibus respondere uolu
isset:demoniū uos habetis:uerum ꝓfecto diceret:quia nisi īpleti demo
nio fuissent:tam peruersa de deo loqui nō possent. sed accepta iniuria
etiam quod uerū erat dicere ueritas noluit:ne nō dixisse ueritatem:sed
prouocatus cōtumeliā reddidisse uideretur. Ex qua re qd nobis innui-
tur nisi ut eo tpe quo a ꝓximis ex falsitate cōtumelias accipimus:eorū
etiam uera mala taceamus:ne ministeriū iuste correptiōis in arma uer
tamus furoris. Sed quia qsquis dei zelo utitur:a prauis hoībus sepe de-
honestatur:in semetipso nobis dñs patientie præbuit exemplū: qui ait.
(Sed honorifico patrem meū:& uos inhonorastis me.) Sed quid nobis
ad ista faciendū sit:adhuc exēplo nos ammonet cū subiungit. (Ego au
tem nō quero gloriam meā:est qui quærat & iudicet.) Scimus certe qd
Joan.v.d. scriptū est. Quia pater omne iudicium dedit filio. Et tamen ecce idem
filius iniurias accipiens gloriam suam non querit. illatas contumelias
patris iudicio reseruat:ut nobis profecto insinuet quantum nos esse pa
tientes debemus dum adhuc se ulcisci nō uult:& ipse qui iudicat. Cum
uero malorum peruersitas crescit non solum frangi prædicatio nō de-
bet sed etiam augeri. Quod suo dominus exemplo nos ammonet: qui

postquam habere demonium dictus est: predicationis sue beneficia lar
gius impendit dicens. (Amen amen dico uobis: si quis sermonē meum
seruauerit mortē nō gustabit i eternū.) Sed sicut bonis necesse est ut me
liores etiā per cōtumelias existant: ita semp reprobi de beneficio peio/
res fiunt: nam accepta predicatione iterū dicunt (Nūc cognouimus qa
demonium habes.) Quia eni eterne morti inheserant: & eandē mortē
cui inheserant nō uidebāt: dum solam mortem carnis aspicerēt in ueri
tatis sermone caligabāt: dicentes. (Abraam mortuus est & ꝓphete mor
tui sunt: & tu dicis. Si quis sermonē meū seruauerit mortē non gustabit
in eternū.) Vnde & ipsi ueritati eundē abraam & ꝓphetas quasi uenerā
tes preferunt. Sed aperta nobis ratione ostēditur quia qui deū nesciunt
dei quoq; famulos falso uenerantur. Et notādum quod uidit eos dn̄s a
perta sibi impugnatione resistere: & tn̄ eis se iterata nō desinit uoce prę/
dicare dicens. (Abraam pater uester exultauit ut uideret diē meum: ui/
dit & gauisus est.) Tūc quippe diē dn̄i abraam uidit: cum in figura sum
me trinitatis tres angelos hospicio recepit. Quibus ꝑfecto susceptis sic
tribus quasi uni locutus est. Quia & si in ꝑsonis numerus trinitatis est:
in tn̄ natura unitas diuinitatis. Sed carnales mentes audientiū oculos a
carne nō subleuāt: dum in eo solā carnis ętatem pēsant: dicētes (Quin
quaginta annos nōdū habes & abraā uidisti?) Quos benigno redem/
ptor noster a carnis sue ītuitu submouet: & ad diuinitatis cōtēplationē
trahit dicens. (Amen amē dico uobis ātequā abraā fieret ego sum) An
te eni preteriti tpis est: sum p̄sentis. Et qa p̄teritum & futurum tēpus di
uinitas non habet: sed semp esse habet: non ait ante abraam ego fui:
sed ante abraam ego sum. Vnde & ad moysen dicitur. Ego sum q sum
hec dices filiis israel. Qui est misit me ad uos. Ante ergo uel post abraā
esse habuit q & accedere potuit p exhibitionē p̄sentie & recedere p cursū
uite. Veritas uero semp esse habet: qa ei quicquam nec priori tpe inci/
pitur nec subsequēti terminatur. Sed sustinere ista eternitatis uerba mē
tes infidelium nō ualētes ad lapides currunt. Et quē intelligere nō pote
rant obruere querebant. Quid aūt contra furorē lapidātium dn̄s fece/
rit: ostēditur: cum ꝓtinus subinfertur. (Iesus aūt ascondit se & exiuit de
tēplo.) Mirum ualde est fratres cum ꝑsecutores suos dn̄s se absconden
do declinauerit: qui si diuinitatis sue potētiam exercere uoluisset: taci
to nutu mētis in suis eos ictibus ligaret: aut in pena subite mortis obrue
ret. Sed quia pati uenerat exercere iudicium nolebat. Certe sub ipso pas
sionis tempore: & quantum poterat ostendit: & tamen hoc ad quod ue
nerat pertulit: nam cum persecutoribus suis querentibus se diceret: ego
sum: solla hac uoce eorum superbiam pertulit: & omnes in terram
strauit. Qui ergo & in loco hoc potuit manus lapidantium non se abscō
dendo euadere: cur abscondit se: nisi quod homo inter homines fa/

Deū nescien tes dei famu los falso uene rantur

Gene. xviii. a

Exo. iii. d.

Xp̄s si voluis set facile su os persecuto res extermi nasset.

Ioā. xviii. a.

ctus redẽptor noster: alia nobis uerbo loquitur alia exẽplo? Quid aũt nobis hoc exẽplo loquitur: nisi ut etiam cum resistire possumus iram superbiẽtium humiliter declinemus? Unde & per paulum dicitur. Date locum ire. Quanta humilitate iram proximi ferre debeat: perpẽdat homo si furores irascẽtiũ abscondẽdo se declinauit deus: nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat: nemo cõuicis cõuitia reddat. Imitatione eteni dei gloriosus est iniuriã tacẽdo fugere: quã respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde. Turpe est ut accepta iniuria taceas. Quisquis conspicit quia contumeliã accipis & taces: non putat quia patientiã exhibes sed crimina cognoscis. Sed unde uox ista in corde nostro cõtra paciẽtiã nascitur nisi quia nimis cogitationẽ figim⁹ & dum in terra gloriã querimus placere ei qui nos de celo conspicit nõ curamus. Accepta ergo cõtumelia meditemur in opere uocẽ dei (Ego non quero gloriã meã: est qui querat & iudicet.) Hoc aũt quod de deo scriptũ est. Abscondit se: intelligi & aliter potest. Multa quippe iudeis ꝑdicauerat: sed ꝑdicationis eius uerba deridebãt. Deteriores quoq; ex ꝑdicatione facti sunt: qui usq; ad iacẽdos lapides peruenerũt. Et quid abscõdẽdo se dñs significat: nisi quod eis ipsa ueritas absconditur qui eius uerba sequi contẽnũt? Eam quippe quam non inuenit humilẽ: ueritas fugit mentẽ. Et quã multi sunt hodie qui iudeoꝝ duritiam detestantur quia ꝑdicationẽ dñi audire noluerunt: & tamẽ quales illos arguũt fuisse ad fidẽ: tales ipsi sũt ad operationẽ. Precepta dñi audiũt: miracula cognoscunt: sed conuerti a suis prauitatibus renuunt. Ecce uocat & redire nolumus. Ecce sustinet: & eius patiãtiam dissimulamus. Dum ergo tẽpus habemus fratres prauitatẽ suam unusquisq; deserat: dei patiẽtiã pertimescat ne quẽ nunc tranquillum despicit: iratum postmodum nequaquam euadere possit.

Roma. xij. d.

Ueritas ipsa absconsa fuit iudeis.

Segmẽtum ex euangelio Matthei. xxi. capite. A. quod canitur dominica in ramis palmarum.

IN illo tpe. Cum appropiquasset dñs iesus Ierosolymis & uenisset bethphage ad mõtẽ olìueti: tũc misit duos discipulos dicẽs eis Ite in castellũ quod contra uos est & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis aliquid uobis dixerit: dicite quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc aũt factum est: ut adimpleretur quod dictum est p propheta dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens sup asinã & pullum filiũ subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos uestimenta sua: & eum desup sedere fecerunt. Plurima aũt turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii aũt cedebant ramos de arboribus & sternebant in uia. Turbe aũt q̃ ꝑcedebant & q̃ sequebã

Esaie. lxij. d
Zachei. ix. b

tur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui uenit in nomine domini: osanna in altissimis. Et cum intrasset Ierosolymam: cômota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi aût dicebât. Hic est iesus propheta a nazareth galilee.

Homilia uenerabilis bedę presbyteri.

MEdiator dei & hoim homo xp̄s iesus: qui pro humani generis salute passurus de cęlo descenderat ad terras: appropinquante hora passionis: appropinquare etiâ uoluit loco passionis: ut etiam per hoc clarescceret: quia non inuictus: sed sponte pateretur. In asina uenire & a turbis rex appellari ac laudari uoluit: ut etiam per hoc eruditus quisq; agnosceret ipsum esse christum: quê sic illo uêturû prophetia olim ꝓmissa signauerat. Ante dies quinq; pasche uenire uoluit sicut ex ioânis euâgelio didicimus. Vt etiâ p hoc ostêderet agnû imaculatû se esse: qui peccatû tolleret mûdi. Agnus qppe paschalis: cuius imolatione populus israeliticus ab egyptia est seruitute liberatus: ante quinq; dies pasche. i. decima luna domû inferri & ipsa die pasche. i. quartadecima luna ad uesperꝶ iussus est imolari significâs eû: qui nos suo sanguine redêpturus: ante quinq; dies pasche. i. hodierno die magno ꝓcedentiû sequentiûq; populoꝶ gaudio ac laudatione deductus uenit in têplû dei: & erat quotidie docês in eo. Quinta demû peracta die: ubi ueteris pasche sacramêta hactenus obseruata côsumauit: ac noui deinceps obseruandi discipulis sacramenta contradidit egressus in montê oliueti têtus est a iudeis: & mane crucifixus. Ipsa nos die a demoniaca dominatiôe redemit qua antiquus ille hebreoꝶ populus per imolationê agni iugû egyptie seruitutis abiecit. Ergo dñs instar agni paschalis ante quinq; dies quâ pati inciperet locû passionis adiit: ut se insinuaret illû esse: de quo predixit Esaias. Sicut ouis ad occisionê ducetur: & quasi agn⁹ coram tondête se obmutescet: & nô aperiet os suû Et paulo supius. Ipse enim uulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: & liuore eius sanati sumus. Sed inuidorû corda principû in cunctis q̄ prouide gessit: eû pseq. quâ in eû credere maluerunt. Et multû miseri autorê uite morti potius dare: quâ per eû ipsi uiuificari studebant. Verû nos pfidiorû cecitate declinata: eorum magis exêpla: qui fideliter dñm laudauerunt sequamur: & iter eius misticum mistica ut decet interpretatione scrutemur. Asina & pullus quibus sedês ierosolymam uenit: utriusq; populi iudei uidelicet & gêtilis simplicia corda designant quibus presidês ipse queq; anoxia libertate suo frenans impio ad uisionê superne pacis inducit. Ierosolyma etenim uisio pacis interpretatur. Et bene cum ad montê oliueti uenisset dominus: discipulos qui hęc animalia adducerent misit: quia non nostris ad eum meritis: sed sola ipsius gratia largiente peruenimus. Ioanne attestante qui ait. Et in hoc est chari-

[Margin notes:]
Ioâ.xii.a.
Esaie.liii.c
Ibidem
Per asinâ et pullû quid designatur
Ierosolyma uisio pacis dicitur.
i.Ioâ.iiii.b

Mōs oliueti quid isinuat
Olei natura qualis est
j. Corin. xiij. d
tas nō q̄uasi nos dilexerimus deū: sed quod ipse prior dilexit nos. Mōs nāq3 olinueti celsitudinē dn̄ice dilectiōis: qua nos misericorditer illustrare ac saluare dignatus est isinuat. Nō solū quia olei natura lucis ministra est: & labo℞ dolorūq3 solamē: uerū etiā quia cūctis quibus miscetur solet excellere liquoribus. Et apostolus de charitate locuturus adhuc inquit excellētiorē uiā uobis demōstro. Ad mōtem igitur olineti ueniēs dn̄s asinos sibi: quibus Ierosolymā petat: p̄cepit exhiberi figurate significās hoc: quod alibi dicit. Quia sic deus dilexit mūdū: ut filium suum unigenitū daret: ut oēs qui credūt in ipso: nō pereant: sed habeant uitā eternā. Duos ad exhibenda sibi iumenta misit discipulos: ut significarent in utrūq3 populū circuncisionis. s. & prepucii predicatores esse destinādos. Vel certe duos misit: ut eosdē predicatores doctrina simul: & operatione p̄fectos esse moneret: ne uel erroris uerba indocti ueritati miscerent: uel ea q̄ rectius docuissent: peruerse uiuēdo negarent. (Inuenietis inquit asinā alligatā: & pullum cū ea. Soluite & adducite mihi.)

j. Joā. iij. b
Luce. xix. c
Marci. xj. a
Ad ro. x. c.

Pullum quoq3 alligatū fuisse: alii euāgeliste testātur. Vterq3 populus funibus peccato℞ erat circūplexus & solutione diuina opus habebat. iste lege quā acceperat male utēdo ille nunq̄ accipiēdo peccauerunt. Vnde bene dicit apostolus. Quia nō est distinctio: oēs eni peccauerunt & egēt gloria dei: iustificati gratis p grām ipsius. Et pulchre alii tres euāgeliste qui gentib⁹ scripserūt: pullū solūmodo alligatū memorāt. Mattheus aūt euāgelista qui & hebreis & hebreo sermone scripsit euāgeliū: etiam asine facit mentionē: prouida utiq3 dispensatione: ut quo℞ salutē scribēdo quesierāt: hos saluādos a dn̄o mistice docerēt esse figuratos. (Et si qs uobis inquit aliquid dixerit: dicite q̄a dn̄s his opus habet & cōfestim dimittet eos.) Et doctoribus p̄cipitur: ut si quid eis obstiterit aduersitatis siquis p̄hibuerit peccatores a laqueis diaboli solui: & p cōfessionē fidei dn̄o adduci: non tamē predicādo desistant sed constanter insinuent: q̄a dn̄s ad edificandum ecclesiam talibus opus habet. Quāuis enim seuus sit persecutor & immanis: non potest tn̄ eorum obsistere saluatiōi quos nouit dn̄s: quia sunt eius: quos ad uitam preordinauit eternam. Adhibetur aūt huic facto prophete testimonium: ut appareat dn̄m quidem omnia que de ipso erant scripta cōplesse: sed inuidia cecatos scribas & phariseos ea q̄ ipsi legebant intelligere nequiuisse. (Dicite filie syon: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam & pullum filium subiugalis.) Filia syon: ecclesia est fidelium pertinens ad supernā Ierusalē que est mater omnium nostrum. Cuius portio tunc nō minima erat in populo israel: regem habens mansuetum: quia non terrena in mitibus: sed mansuetis celestia regna dare consueuit dicens. Discite a me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. De quibus psalmista. Mansueti inquit possidebunt terram: & dele

Seuus p̄secutor nō pōt resistere saluatiōi fideliū
Esaie. lxij. d.
Zacha. ix. b.
Filia syō ecclesia est
Mat. xj. d.
Psal. xxxvj

ctabuntur in multitudine pacis. Rex uero másuetus mansuetis.i.humi libus corde terrá pacis tribuit: quos in terra belli & tribulationū quondá rex impius.i.diabolus supbie uulnere strauit (Sedés inquit sup asiná & pullū filiū subiugalis) qa requiescit sup corda humiliū & quietorū & treméti uerba eius siue eoꝝ.qui in sinagoga iugū legis trahere nouerūt: seu illoꝝ qui gentili diu libertate effrenes eiusdé sinagogę instantia ad fidei & ueritatis sunt grām cōuersi. (Adducétes aūt asiná & pullū discipuli īposuerunt sup eos uestiméta sua: & dn̄m desuper sedere fecerūt) Vestiméta discipuloꝝ opera sunt iustitię psalmista teste: qui ait. Sacerdotes tui induātur iusticiá. Asinos quos nudos iueniūt discipuli: suis sternunt uestimétis: & ita desup dn̄m iponūt: quū prędicatores sancti quoslibet a sanctitatis habitu uacuos inueniūt: hosq; uirtutū suaꝝ exéplis ad suscipiendá fidé & dilectioné sui cōditoris ībuunt. Nō eni nudá dn̄s asiná: nō nudū uoluit ascédere pullū: quia siue iudeus siue gétilis nisi sanctoꝝ fuerit dictis ornatus & actis: nō potest dn̄m habere rectoré: sed regnat potius peccatū in mortali eius corpe ad obediédū concupiscentiis eius. (Plurima aūt turba strauerūt uestimenta sua in uia.) Plurima hec turba innumerabilé martyꝝ designat exercitū: qui corpora sua animarū uidelicet teguméta pro dn̄o dabát: quo sequétibus electis planioré recte uiuendi callé facerét: ne q uidelicet dubitarent ibi pedem bonę actionis ponere in pace: ubi nō paucos uiderét in bello precessisse martyrii. (Alii aūt cedebát ramos de arboribus: & sternebát in uia.) Rami arborū dicta sunt patrū pręcedentiū exépla. Et qsquis in exéplū recte credendi siue operádi quid ꝑphete: quid apostoli: quid cęteri sancti dixerūt seu fecerūt: ꝑádit: ramos ꝑfecto de arborib⁹ cedit: qbus iter asini dn̄m portátis cōplanet: quia sentétias de sanctoꝝ libris excerpit: p quas simpliciū xp̄i corda ne in uia ueritatis errent edificet (Turbe aūt que precędebát & quę sequebátur clamabát dicentes. Osanna filio dauid.) Vna eadéq; cōfessiōis & laudatiōis uoce deū qui pręcedūt & qui sequuntur exaltát: quia una nimirū fides est eoꝝ: qui ante icarnationé dn̄icá & qui post hęc fuerunt ꝑbati quáuis sacraméta habuerint pro tépoꝝ ratione disparia. Petro attestáte: qui ait. Sed p grām dn̄i iesu credimus saluari: quemadmodū & illi. Quod aūt aiunt osanna filio dauid: hoc est quod in psalmo legitur. Dn̄i est salus: & sup populū tuum bn̄dictio tua: hoc ē quod in magne deuotiōe laudis in apocalipsi sanctoꝝ chorus resonat Salus deo nr̄o qui sedet sup thronū & agno. (Bn̄dictus qui uenit in nomine dn̄i.) In noīe dn̄i: in noīe dei patris significat. Quod ipse alibi iudeis nō credentibus dicit. Ego ueni in noīe pr̄is mei: & nō recepistis me Alius ueniet in noīe suo: illum recipietis. Venit eni xp̄s in noīe dei pr̄is quia in oībus que gessit & dixit: patré glorificare & glorificádū hoībus predicarę curauit. Veniet antichristus in noīe suo: qui cum sit hō oīm

Psal.cxxxi.

Quare non ascendit dn̄s nudá asiná aut pullū

Actuū.xv.c.

Psal.iii.

Apoca.vii.c

Joá.v.g.

nequissimus: & diabolo comite plenus: nõ dedignabitur se filium dei
ij.Thessa.ij.b cognominari. Aduersatur eni & extollitur sup omne quod dicitur de⁹ aut quod colitur. Assumunt aũt uersiculũ laudis turbę de psalmo centesimo decimo septimo: quẽ de dño cãtatum nemo est qui dubitet. Vnde pulcrę pręmittitur lapidẽ quẽ reprouauerũt ędificãtes: hic factus est in caput anguli: qa uidelicet xp̃s quẽ reprobauerũt iudei: ędificãtes suaꝝ decreta traditionũ: factus est in monimẽtũ utriusq; ppl̃i credẽtis iudei. s. & gentilis. Quod eni in psalmo lapis angularis uocatur xp̃s hoc est utriq; quod in euãgelio p̃cedentiũ sequentiũq; collaudatur uoce turbarum. Quod aũt in eiusdẽ laudis prosecutiõe subiũgitur. (Osanna. i. salus siue saluifica in altissimis: pspicue docet aduẽtum dñi i carne: nõ solũ hũani generis in terra: sed & angeloꝝ in celis esse salutẽ: quia dũ nos redẽpti ad supna pducimur: eoꝝ pfecto numerus: qui sathana cadente erat
Ephe.j.b. minorat⁹ ipletur. Hinc eni paulus ait. Instaurari oĩa in xp̃o q̃ in celis & q̃ in terra sunt in ipso. Recte igitur osanna in altissimis in eiusdẽ laudẽ canitur: cuius tota incarnatiõis dispensatio p implẽda gloria patrię celestis aderat. Proinde necesse est fratres mei ut ad pmissam nobis patriã tota mẽtis deuotiõe tẽdamus: semp recordãtes qa & si angusta est uia q̃ ingredimur: beata est tũ mãsio: ad quã festinamus. Felicius qppe est per aspeꝝ iter ad regnũ: quã per amenũ & planũ ad supliciũ duci. Felici⁹ est
Felicius est p asperũ iter ĩre ad celũ q̃ per planum ad suplicium cõtinencia carnis tpali gaudiũ perẽne mereri: quã p lasciuia parui tẽporis eternã luere uindictã: ecce ieiuniũ quadragesimale dño auxiliãte iã plurima ex parte cõpleuimus. Testis est unicuiq; cõsciẽtia sua: quia quãto districtius se sanctis his diebus dño mancipasse meminit tanto amplius gaudens sanctũ dñice resurrectiõis tẽpus expectat. At si qua forte adhuc cõscientia min⁹ pfecte castigata accusat: nulli dubiũ quin pauidus & tremens tãte solẽnitatis p̃stolatur aduentũ. Nec tũ hic talis de salute diffidat: ne aliqua suoꝝ numerositate uel enormitate scelerum confusus: barathrũ desperatiõis incidat iuxta illud salomonis. Impius quum
Pro.xviii.a uenerit in pfundũ malorũ: cõtẽnit. Sed sollicite ppendat qa si tẽpus annuę festiuitatis. (qua de autoris nostri resurrectiõe lectamur) tanto uel gaudio castos: uel ipuros metu & cõfusione afficit: multo magis in tpe districti examinis: qñ generalis oĩm resurrectio celebratur. Et iã audita iudicis sententia hos cõscientia mũda excusans lętificat: illos noxia accusans imppetuũ dãnat. Quicũq; ergo fratres dilectissimi cõtinentię armis accicti ab initio iã quadragesimę cũ tẽtatore supbo certare ceperunt: uideãt caute ne cepta deserant: priusq̃ hoste prostrato ministeriis donẽtur angelicis. Qui uero hactenus armaturã uirtutum non induit uel hodie incipiat: hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera assumat: imploret pietate eius: qui in noĩe p̃ris aduenicus bñdictionem mũdo attulit: & Osanna in altissimis proclamans saluari se superna in patria fla

gitet. Sternat uestimenta sua in uia. i. mēbra sui corporis humiliet in ꝑsenti: ut exaltet ea deus in futuro memor illius. Dauid dicit. Quia exul tabunt ossa hūiliata. Ramos de arboribus cędat: & sibi sternat in uia. i. sctōrum scripta sedulus ad memoriā reuocet: qbus stātes ne cadant ro borātur. Lapsi ne diutius iaceant hortātur: resurgētes ut uirtutib⁹ exer ceantur instruūtur. Exercitati in uirtutibus premia in celis ut sperēt eri guntur: bisq; gressus sue actionis: ne in lapidē offensionis & petrā scan dali offendāt premuniat: ac si etiā ipse cum ceteris fidelibus redēptoris uestigia sequatur: passionisq; ac resurrectionis eius mysteria digna mē tis puritate ueneretur: qui electis oībus mēbris uidelicet suis in remediū uulnerum simul & cęlestiū gaudiorum pignus dare dignatus est Iesus xp̄s dn̄s noster: qui uiuit & regnat cum patre in unitate sp̄ūs sancti deus per omnia secula seculorū. Amen. Psal. li.

Segmentum ex euangelio Marci. xvi. capi. A. quod ca nitur in die sancto pasche resurretionis.

IN illo tpe. Maria magdalene & maria iacobi & salome emerūt aromata ut uenientes ungerent iesum. Et ualde mane una sabba torum ueniunt ad monumentū: orto iam sole. Et dicebant ad in uicem. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? Et res picientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeūtes in monumētū uiderunt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola cādida & obstupuerunt? Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum quē queritis nazarenum crucifixum. Surrexit nō est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite & dicite discipulis eius & petro: quia ꝑcedet uos in galileā: ibi eum uidebitis: sicut dixit uobis.

Homilia beati gregorii pape de eadem lectione: habita ad populū in basilica beate marie die sancto pasche.

MVltis uobis lectiōib⁹ fratres charissimi ꝑ dictatū loq cōsue ui: sed qa lacessente stomacho ea q̄ dictauerā legere ipse nō possū: & quosdā uestrū min⁹ libēter audiētes intueor: unde nūc a me ipso exigere cōtra morē uolo: ut itra sacra missaꝝ solēnia lectionē sctī euāgelii nō dictādo sed colloquēdo edisserā. Sicq; excipiatur ut loqmur: qa collocutiōis uox corda torpētia plusq̄ sermo lectiōis excitat: & q̄si quadā manu sollicitudinis ut euigilēt pulsat. Et q dē ad hoc opus me sufficere posse nō uideo: sed tn̄ uires q̄s iperitia dene gat: charitas administrat. Scio nāq; q dixit. Aperi os tuū & ego adiple bo illud: bonū ergo opus nobis i uolūtate sit. Nā ex diuino adiutorio erit i ꝑfectiōe. Dat loquēdi ausū ipa etiā resurrectiōis dn̄ice tāta solēni tas: qa & idignum ualde est ut eo die laudes debitas taceat ligua carnis quo uidelicet die caro resurrexit autoris. Audistis fratres charissimi q d sancte mulieres q̄ dominum fuerant secute: cum aromatibus ad monu

Torplius ex cita quam le ctio. Psal. lxxx.

mentum uenerunt: & ei quem uiuentem dilexerant: etiam mortuo stu dio hũanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sctã ecclesia signat gerendũ: sic quippe necesse est ut audiamus q̃ facta sunt: q̃tinus cogite mus etiã q̃ nobis sint ex eorꝝ imitatiõe facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes: si odore uirtutum refecti cum opiniõe bonorũ opeꝝ dñm querimus: ad monumentũ ꝑfecto illius cum aromatib⁹ ue nimus. Ille aũt mulieres angelos uidẽt: q̃ cum aromatibus uenerũt: qa uidelicet ille mẽtes supnos ciues aspiciunt: q̃ cum uirtutum odorib⁹ ad deũ p sctã desideria ꝓficiscuntur. Notãdum uero nobis est quid nã sit: quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid nãq̃ p sinistrã nisi uita p̃ sens? Quid uero p dexterã nisi ppetua uita signatur? Vnde in cãticis cã ticorꝝ scriptum est. Leua ei⁹ sub capite meo: & dextera illius amplexa bitur me. Quia igitur redẽptor noster iam p̃sentis uite corruptionem trãsierat: recte angelus q nunciare perennem eius uitã uenerat: in dextra sedebat qui stola cãdida indutus apparuit: quia festiuitatis nr̃e gau dia nunciauit. Cãdor etenim uestis splendorem nr̃e denunciat solẽni tatis. Nostre dicamus: an sue? Sed ut fateamur uerius: & sue dicamus & nostre illa qppe redẽptoris nostri resurrectio & nostra festiuitas fuit: qa nos ad imortalitatem reduxit: & angeloꝝ festiuitas extitit: quia nos re uocãdo ad celestia eorꝝ numerꝝ ipleuit: in sua ergo ac nr̃a festiuitate an gelus albis uestib⁹ apparuit: qa dũ nos p resurrectionẽ dominicã ad su pna reducimur: celestis patrie dãna reparãtur. Sed quid aduenientes fe minas angelus affatur audiamus. (Nolite expauescere) ac si apte dicat paueãt illi qui nõ amãt aduentũ supnorꝝ ciuiũ pertimescãt q a carnali bus desideriis p̃ssi: ad eorꝝ societatẽ ptingere se posse despãt uos autem cur ptimescitis q̃ ur̃os cõciues uidetis? Vnde & mattheus angelũ appa ruisse describẽs ait. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur: & uestimenta ei⁹ candida sicut nix. In fulgure eteni terror timoris ẽ: in niue ãt blandimẽ tum candoris. Quia uero oĩpotens deus & terribilis est peccatoribus & blãdus iustis: recte testis resurrctiõis ei⁹ ãgelus & i fulgure uult⁹ & in cã dore habit⁹ demõstratur: ut ĩpe sua specie & terrere reꝓbos & mulceret pios Vñ recte quoq̃ pp̃lm deserta gradiẽtẽ & colũna ignis i nocte & co lũna nubis i die p̃ibat. In igne eteni terror est: in nube aũt uisiõis lene blãdimẽtũ. Dies uero uita iusti & nos accipitur uita peccatoris. Vñ & cõ uersus peccatoribus paulus dicit. Fuistis aliqñ tenebre: nunc aũt lux in dño. In die ergo p nubẽ colũna demõstrata est: & in nocte p ignẽ qa oĩ potẽs deus & blandus iustis: & terribilis: apparebit in iustis. Istos in iudi cio ueniẽs p lenitatis mãsuetudinẽ demulcet: illos uero p iusticie distri ctionẽ terret. Sed iã qd angelus subiũgit audiamus. (Iesum q̃ritis naza renũ) iesus latino eloquio salutaris. (i. saluator) interp̃tatur. At uero multi hoc noie tunc iesu dici poterãt: nõ tñ substantialiter sed nuncu

Mulieres do minum vide rũt que cũ a romatibus venerunt.

Canti.ij.b.

Resurrectio redẽptoris fu it festiuitas xp̃ianorũ: et angelorũ.

Ma.xxviij a

Exo.xiij.d Colũna ig nis ⁊ nubis populũ israe liticũ preibat

Ephe.v.b

Iesus salua tor iterp̃tat.

patiue. Ideo & locus subiungit̃. ut de quo iesu dictũ sit manifestet̃. Nazarenũ. Et causam ꝑtinꝰ subdidit. Crucifixum. Atq; addidit. (Surrexit nõ est hic:) Nõ est hic dicitur p ꝑsentiã carnis: qui tñ nusquã deerat p ꝑsentiã maiestatis. (Sed ite discite discipulis eius & petro quia ꝑcedet uos in galileã) Querẽdũ nobis est cur noĩatis discipulis: petrus designatur ex nomine. Sed si hũc angelus noĩatim non exprimeret q magistrũ negauerat: uenire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine: ne desperaret ex negatione. Qua in re considerãdum nobis est cur omnipotẽs deus eum quẽ cuncte ecclesie preferẽdum disposuerat ancille uocẽ ꝑtimescere & seipsum negare ꝑmisit. Quod nimirum magne actum esse pietatis dispensatione cognoscimus: ut is qui futurꝰ erat pastor ecclesie: in sua culpa disceret q̃liter aliis misereri debuisset. Priꝰ itaq; eũ ostẽdit sibi & tũc ꝑposuit ceteris: ut ex sua infirmitate cognoscet q̃ misericorditer aliena infirma tolleraret. Bñ aũt de redẽptore nr̃o dicitur. (Precedet uos in galileã: ibi eũ uidebitis sicut dixit uobis.) Galilea nãq; transmigratio facta interpretatur. Iã quippe redẽptor noster a passione ad resurrectionẽ: a morte ad uitã: a pena ad gloriã: corruptiõe: ad incorruptionẽ transmigrauerat. Et prius post resurrectionẽ in galilea bene a discipulis uidetur: quia resurrectiõis eius gloriã post leti uidebimus: si modo a uitiis ad uirtutũ celsitudinẽ transmigremus. Qui ergo in sepulchro nũciatur: in transmigratione ostẽditur. quia is qui in mortificatione carnis agnoscit̃: in trãsmigratione mentis uidetur. Hec etenim frẽs charissimi pro tãta diei solẽnitate de lectionis euãgelice expositione trãcurrimus: sed libet ut de hac eadem solẽnitate aliqd subtiliꝰ loquamur. Due etem̃ uite erãt. Quaꝶ unam nouimus: alterã nesciebamus. Vna quippe mortalis est: altera ĩmortalis. Vna corruptiõis: altera incorruptiõis. Vna mortis: altera resurrectiõis. Sed uenit mediator dei & hoĩm homo xp̃s iesus: suscepitq; unã & ostẽdit alterã. Vnã pertulit moriẽdo: & ostẽdit alteram resurgẽdo. Si ergo nobis mortalẽ uitam scientibus resurrectionẽ promitteret carnis: & tñ hanc uisibiliter nõ exhiberet: qs eius ꝑmissionibus crederet? Factus itaq; homo apparuit ĩ carne: mori dignatus est ex uolũtate: sed resurrexit ex potestate: & ostẽdit exẽplo quod nobis ꝑmisit in ꝑmio. Sed fortasse aliquis dicat. Iure ille surrexit qui cũ deus esset: teneri a morte nõ potuit. Ad instruẽdam ergo ignorantiam nostrã: ad roborandã infirmitatem nostrã sue tantũ resurrectionis exemplũ nobis sufficere noluit: solus in tpe illo mortuus est: & tamẽ solus minime resurrexit. Nam scriptũ est. Multa corpora sanctoꝶ qui dormierant: resurrexerunt. Ablata ergo sunt omnia argumenta ꝑfidie. Ne quis em̃ dicat sparare de se nõ debet homo: quod ĩ carne sua exibuit deus hõ. Ecce cũ deo hoĩes resurrexisse cognoscimus & quos pueros hoĩes fuisse nõ dubitamus. Si ergo membra nostri redẽ

Deus ubiq; est per ꝑsentiã maiestatis.

Petrus q̃re ꝑmissus est dñm negare.

Galilea trãsmigratio interpretatur.

j. Thimo. ij. a.

Mat. xxvij. f

ptoris sumas: psumamus in nobis quod gestũ cõstat in capite. Si multũ nos abiicimus: spare in nobis debemus nos mẽbra ultima qđ de mẽbris superioribus audiuimus. Ecce uero ad memoriam reddit quid crucifixo dei filio iudei insultantes dicebãt. Si rex israel est: descẽdat nũc de cruce & credim⁹ ei. Qui si de cruce tũc descẽderet: nimirũ isultãtibus cedẽs uirtutẽ nobis patientię nõ demõstraret. Sed expectauit paululũ: tollerauit opprobria: irrisiões sustinuit: seruauit patiẽtiã distulit admirationẽ. Et q de cruce descẽdere noluit: de sepulchro surrexit. Plus igit̃ fuit de sepulchro surgere: q̃ de cruce descẽdere. Plus fuit mortẽ resurgẽdo destruere: q uitã descendẽdo seruare. Sed cũ iudei hũc ad isultatiões de cruce descẽdere minime cernerẽt: cũ morientẽ uiderẽt: eũ se uicisse crediderũt: nomẽ illi⁹ se q̃si extinxisse gauisi sunt. Sed ecce clarificatum de morte nomẽ ei⁹ p mũdũ creuit: ex q̃ hũc infidelis turba extinxisse se credidit. Et quẽ gaudebat occisum: dolet mortuũ: qa hunc ad suã gloriã cognoscit puenisse p penã. Quod bñ in libro iudicũ samson illi⁹ facta significant. q cũ gazã ciuitatẽ philistinorũ fuisset ingressus: philistei ingressum ei⁹ ptinus cognoscentes: ciuitatẽ repente obsidioĩbus circũdederũt: custodes deputauerũt: & samson fortissimũ se iã cõprehẽdisse gauisi sunt. Sed qđ samson fecit: agnouim⁹. Media nocte portas ciuitatis abstulit: & mõtis uerticẽ ascendit. Quẽ fratres charissimi hoc in facto: quẽ nisi redemptorẽ nr̃m samson ille significat? Quid gaza ciuitas nisi ifernũ designat? Quid p philisteos nisi iudeorũ pfidia demõstrat̃? q cũ mortuũ dñm uiderent: eiusq corp⁹ in sepulchro iã positũ: custodes illico deputauerũt: & eũ q autor uite claruerat: inferni claustris retentũ q̃si samsonẽ i gaza se dephẽdisse letati sunt. Sãson uero media nocte nõ solũ exiit: sed etiã portas tulit: qa uidelicet redẽptor nr̃ ante lucem resurgens nõ solũ liber de inferno exiit: sed & ipsa etiã iferni claustra destruxit. portas tulit & mõtis uerticem subiit: qa resurgendo claustra iferni abstulit: & ascendendo celorũ regna penetrauit. Hãc ergo resurrectionis ei⁹ gl'iam fratres charissimi: q̃ & prius demostrabat̃ ex signo: & post patuit ex facto: tota mente diligam⁹: p ei⁹ amore moriamur. Ecce eni in resurrectiõe autoris nr̃i ministros ei⁹ angelos cõciues nr̃os agnouimus. Ad horũ ergo ciuiũ illã freq̃ntem solemnitatem festinemus. His cũ nec dũ uisiõe possum⁹: desiderio & mente iũgamur. Trãsmigremus ad uirtutes de uitiis: ut in galilea redemptorem nostrum uidere mereamur. Adiuuet oĩpotens deus ad uitã desideriũ nostrũ: qui pro nobis in mortem dedit unicũ filiũ suũ dñm nostrũ Iesum christũ: q cũ eo uiuit & regnat in unitate spũs sc̃ti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Mat. xxvii. c

Surgere de sepulchro pl⁹ fuit q̃ de cruce descẽdere.



Iudi. xvi. a

Sãson christi resurrectionem figurauit.

Gaza ciuitas infernum designat.

Segmentum ex euangelio Ioannis. xx. cap. E. quod canitur dñica in albis. Historia huius euangelii pro prima parte facta est die ipso resurrectionis: pro secunda in octauo die.

IN illo tempore. Cum sero esset die illa una sabbatorum & fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metũ iudeorum: uenit iesus & stetit in medio: & dixit eis. Pax uobis. Et cũ hec dixisset ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax uobis. Sicut misit me pater: & ego mitto uos. Hec cum dixisset insufflauit & dixit eis. Accipite spiritũ sanctum. Quorum remiseritis peccata remittũtur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo & alii discipuli: uidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis: & stetit in medio: & dixit eis. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc: & uide manus meas: & affer manum tuam & mitte ĩ latus meũ: & noli esse incredulus sed fidelis. Rñdit thomas: & dixit ei. Dñs meus: & deus meus. Dixit ei iesus. Quia uidisti me thoma: credidisti. Beati qui non uiderunt: & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis: quia iesus est filiꝰ dei. Et ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

❧ Homilia beati gregorii pape de eadem lectione. Habita ad populum in basilica sancti ioannis que dicitur constantiniana in octa. pasche.

PRima lectionis huius euãgelice questio animũ pulsat. quomodo post resurrectionem corpus dominicum uerum fuit quod clausis ianuis ad discipulos igredi potuit. Sed sciendũ nobis est qđ diuina opatio si ratione cõphenditur nõ est admirabilis. Nec fides habet meritũ cui humana ratio p̃bet expimentũ. Sed hec ipsa nr̃i redemptoris opa q̃ ex semetipsis cõprehendi nequaq̃ possunt: ex alia eius opatione pensanda sunt: ut rebus mirabilibus fidem p̃beãt facta mirabiliora. Illud enim corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis: quod uidelicet ad humanos oculos per natiuitatem suã clauso exiit utero uirginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in eternum iam uicturus intrauit qui moriturus ueniens non aperto utero uirginis exiuit? Sed quia ad illud corpus quod uideri poterat fides intuentium dubitabat: ostendit eis protinus manus & latus: palpandam carnem prebuit: quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira & iuxta humanam rationem sibi ualde contraria ostendit: dum post resurrectionem corpus suum & incorruptibile: & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est:

Fides nõ habet meritum cui humana ratio prebet experimẽtũ.

Corpus dñi quomõ potuit intrare ad discipl'os ianuis clausis.

quod palpatꝛ:& palpari nõ poteſt quod nõ corrũpitꝛ. Sed miro modo atq; inextimabili redẽptor noſter: & incorruptibile poſt reſurrectionẽ & palpabile corp⁹ exhibuit: ut mõſtrando incorruptibile iuitaret ad p̃mium: & p̃bendo palpabile formaret ad fidẽ. Et incorruptibilẽ ſe ergo & palpabilẽ demonſtrauit: ut ꝑfecto eſſe poſt reſurrectionẽ oſtẽderet corpus ſuum & eiuſdẽ nature: & alterius glorie. dicit eis. (Pax uobis. Sicut miſit me pater: & ego mitto uos.) ideſt ſicut miſit me pater deus deũ: & ego mitto uos homo hoies. pater filiũ miſit: qui hũc pro redẽptione generis humani incarnari cõſtituit. Quẽ uidelicet in mundum uenire ad paſſionẽ uoluit: ſed tñ amauit eum quẽ ad paſſionem miſit. Electos uero apl'os dñs non ad mundi gaudia: ſed ſicut ipſe miſſus eſt ad paſſionẽ in mundũ mittit. Quia ergo & filius amatur a patre & tñ ad paſſionẽ mittitur: ita & diſcipuli a dño amãtur: qui tñ ad paſſionem mittuntur ĩ mũdũ. Itaq; recte dicitꝛ. Sicut miſit me pater. & ego mitto uos. i. ea uos charitate diligo: cũ inter ſcãdala pſecutoꝝ mitto: qua me charitate pr̃ diligit: quem uenire ad tolerandas paſſiones fecit. Quãuis mitti etiam iuxta naturã diuinitatis poſſit intelligi. Eo enimmodo ipſe a patre fili⁹ mitti dicitꝛ quo a patre gñatur. Nã ſpm̃ ſanctũ qui cũ ſit coequalis patri & filio nõ tñ incarnatus eſt: idem ſe filius mittere ꝑhibet: dicens. Cũ ue-

Joan. xv. d. nerit paraclitus quem ego mittã uobis a patre. Si eñ mitti ſolũmodo ĩcarnari deberet intelligi: ſanctus proculdubio ſpũs nullo modo diceretur mitti: qui nequaquã incarnatus eſt. Sed eius miſſio ipſa ꝓceſſio eſt: qua de patre ꝓcedit & filio. ſicut itaq; ſpũs mitti dicitur quia ꝓcedit: ita

Spũm sctũ; quare dedit dñs ſemel in terra conſiſtens & ſemel in celo preſidens. & filius nõ incõgrue mitti dicitur: quia generatꝛ. Hęc cũ dixiſſet inſufflauit & dixit eis. (Accipite ſpũm ſanctũ.) Querẽdũ nobis eſt: quid eſt quod ſpũm ſanctũ dominus noſter & ſemel dedit in terra conſiſtẽs: & ſemel in cęlo p̃ſidẽs. Neq; enim alio in loco datus eſſe ſpiritus ſanctus aperte monſtratur: niſi nunc cum ꝑ inſufflationem ꝑcipitur: & poſtmodum cum de cęlo ueniens in linguis uariis demonſtratur. Cur ergo prius in terra diſcipulis datur: poſtmodum de cęlo mittitur: niſi quod duo ſunt p̃cepta charitatis: dilectio uidelicet dei & dilectio proximi? In terra datur ſpiritus ut diligatur proximus. datur e cęlo ſpiritus: ut diligatꝛ deus. ſicut enim una eſt charitas & duo p̃cepta: ita unus ſpũs & duo data. prius a domino conſiſtente in terra: poſtmodum e cęlo: quia in proximi amore diſcitur qualiter pueniri debeat ad amorem dei. Vnde &

i. Joan. iiij. d idem ioannes dicit. Qui non diligit fratrem ſuum quem uidet: deum quem non uidit quomodo poteſt diligere? Et ante quidem diſcipulorum mentibus idem ſpiritus inerat ad fidem: ſed tamen manifeſta da-

Joan. vij. f. tione non niſi poſt reſurrectionem datus eſt. Vnde & ſcriptum eſt. Nõ

Deu. xxxij. b dum erat ſpiritus datus: quia ieſus nondum fuerat glorificatus. Vnde etiam ꝑ moyſen dicitur. Suxerunt mel de petra: oleumq; de firma pe-

tra. Neqꝫ enim tale qcquam iuxta historiam legitur: si tota testamẽti ueteris series recẽseatur. Nusquam de petra mel: nusquã oleũ ille populus suxit. Sed qa iuxta pauli uocẽ: petra erat christus. Mel de petra suxerũt: q eiusdẽ redẽptoris nostri facta & miracula uiderũt. Oleum uero de firma petra suxerũt qa effusione scti spũs post resurrectionẽ eius ungi meruerunt. Quasi ergo in firma petra mel dedit: quando adhuc mortalis dñs miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit qa post resurrectionẽ suam factus iam impassibilis: p afflationem spũs donum sancte unctionis emanauit. De hoc oleo p prophetam dicitur. Cõputrescet iugum a facie olei. Sub iugo quippe tenebamur demoniace dñatiõis: sed uncti sumus oleo spũs sancti. Et qa nos grã libertatis unxit: demoniace dñationis iugũ putruit. paulo attestante q ait. Vbi spũs dñi ibi libertas. Sciendum uero est qd hi qui prius spũm sanctum habuerunt: ut & ipsi innocẽter uiuerent & in predicatione quibusdam prodessent. Iccirco hũc post resurrectionẽ dñi patenter acceperunt: ut prodesse non paucis sed pluribus possent. Vnde & i hac ipsa datione spũs dicitur. (Quorꝝ remiseritis pctã remittuntur eis. Et quorꝝ retinueritis retenta sunt.) Libet intueri illi discipuli ad tanta onera humilitatis uocati: ad quãtum culmẽ glorie sint pducti. Ecce nõ solum de semetipsis securi fiunt: sed etiã aliene obligationis potestatẽ relaxationis accipiũt. Pricipatumqꝫ superni iudicii sortiũtur: ut uice dei qbusdam pctã retineant quibusdam relaxent. Sic eos a deo decebat erigi: q tantum pro deo consenserant humiliari. Ecce qui districtũ dei iudicium metuunt: animarum iudices fiunt. Et alios dãnant uel liberant qui semetipsos damnare metuebãt. Horũ profecto nũc in ecclesia epi locum tenẽt. Soluẽdi ac ligandi potestatẽ suscipiunt: qui gradũ regiminis sortiunt. Grandis honor sed graue pondus istius est honoris. Durũ quippe est ut qui nescit teneri moderamine uite sue: iudex uite fiat aliene. Et plerũqꝫ contigit ut hic iudicii locũ teneat: cui ad locũ uita minime cõcordat. Ac proinde sepe agitur ut uel damnet imeritos: uel alios ipse ligatus soluat sepe in soluẽdis ac ligandis subditis sue uoluntatis motus: non autẽ causarum merita sequitur. Vnde fit ut ipsa ligandi & soluẽdi potestate se priuet: qui hanc pro suis uoluptatibus & non ꝓ subditorum moribus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum odio uel gratia moueatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeũt qui in soluendis ac ligandis subditis sua uel odio uel gratia sequuntur. Vnde recte per prophetam dicitur. Mortificabant animas que nõ moriuntur: & uiuificabant animas que non uiuunt. Non moriẽtem quippe mortificat qui iustum damnat. Et non uicturum uiuificare nititur: qui reum absoluere supplicio conatur. Cause ergo pensande singulorum sunt: & tunc ligandi atqꝫ soluendi potestas exercenda. Videndum

[Margin: i. Corin. x. a. — Esai. x. f. — ij. Cori. iij. d. — Discipulorũ xpi mirabilis dignitas. — Episcoporꝫ grãdis est honor sed graue est põdus huius honoris. — Eze. xiij. d.]

est que culpa: & que sit penitentia secuta post culpā. ut quos omnipotēs deus per cōpunctionis gratiam uisitat: illos pastoris sentētia absoluat. Tunc enim uera est absolutio presidentis: cū eterni arbitrium sequitur iudicis. Quod bñ quatriduani lazari resuscitatio illa significat quæ uidelicet demonstrat: quod prius dominū mortuum uocauit: & uiuificauit dicens. Lazare ueni foras: & postmodū is qui uiuens egressus fuerat a discipulis est solutus. Sicut scriptū est. Cūq; egressus esset qui fuerat ligatus institis: tūc dixit discipulis suis. Soluite eum & sinite abire. Ecce discipuli illum iā uiuentē soluunt: quē magisteriā resuscitauerat mortuum. Si em̄ discipuli lazarum mortuum soluerēt: fetorem magis ostēderent quā uirtutem. Ex qua consideratione intuēdum est: quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem soluere: quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam uiuificare. Que nimirū uiuificatio ante operationem rectitudinis: in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Vnde & huic ipsi mortuo lazaro nequaq̄ dicitur reuiuisce: sed ueni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra cōscientiam abscondit introrsus latet: quia in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus uenit foras cū peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur ueni foras. Ac si aperte cuilibet mortuo i culpa diceretur. Cur reatū tuum intra conscientiā abscondis? Foras iā per confessionē egredere qui apud te interius p negationem lates. Veniat itaq; mortuus foras. i. culpam suā confiteatur peccator. Venientem uero foras soluant discipuli ut pastores eccl'ie ei penam debeant ammouere quam meruit: qui non erubuit confiteri quod fecit. Hec de solutiōis ordine breuiter dixerim: ut sub magno moderamine pastores ecclesie uel soluere studeant uel ligare. Sed ūtrū iuste an iniuste obliget pastor: pastoris tamen sententia a grege timenda est: ne is qui subest: & cum iniuste forsitan ligatur: ipsam obligationis sue sententiā ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel absoluere indiscrete timeat uel ligare. is autem q sub manu pastoris est ligari timeat iuste uel iniuste nec pastoris sui iudicium temere reprehendat. ne & si iniuste ligatus est: ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa que non erat: fiat. Sed quia hec breuiter p excessum diximus: ad expositionis ordinem redeamus. (Thomas autē unus ex duodecim qui dicitur didimus: nō erat cū eis q̄ndo uenit iesus) Iste unus discipulus defuit: reuersus quod gestū est audiuit. audita credere renuit. Venit iterū dominus: & non credenti discipulo latus palpandum prebuit: manus ostendit: & ostensa suorum cicatrice uulnerum īfidelitatis illius uulnus sanauit. Quid fratres charissimi. quid inter hec animaduertitis? Nunquid casu gestum creditis: ut electus ille discipulus tunc deesset: post autem ueniens audiret: audiens dubitaret: dubitans palparet: palpans crederet. Non hoc casu sed diuina dispensatiōe

Absolutio q̄n ōz vera.

Joan. xj. c.

Peccatori vt lazaro dicendū est veni foras.

Sētentia pastoris iusta siue iniusta timenda est.

dominum

gestũ est. Egit nãq; miro modo superna clementia: ut discipulus ille dubitans: dum in magistro suo uulnera palparet carnis: in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis thome infidelitas ad fidem: quã fides credentium discipulorum profuit. Quia dum ille ad fidem palpãdo reducitur: nostra mens (omni dubitatione postposita) in fide solidatur. Sic quippe discipulum dñs post resurrectionem suam dubitare permisit: nec tamen in dubitatione deseruit sicut ante natiuitatem suã habere mariam sponsum uoluit: qui tamen ad eius nuptias nõ peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans & palpans testis uere resurrectionis: sicut sponsus marie fuerat custos itegerrime uirginitatis. Palpauit autem & exclamauit. (Dñs meus & deus meus. Dicit ei iesus. Quia uidisti me thoma credidisti.) Cũ paulus apostolus dicat. Est aũt fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparẽtium: profecto liquet: quia fides illarum rerum argumentũ est: que apparere non possunt. Que etenim apparent iam fidem non habent: sed agnitionẽ. Dũ ergo uidit thomas: dum palpauit: cur ei dicitur quia uidisti me credidisti? Sed aliud uidit: & aliud credidit. A mortali quippe hoĩe diuinitas uideri nõ potuit. Hominem ergo uidit: & deum confessus est: dicẽs. (Dominus meus & deus meus.) Videndo ergo credidit quia considerando uerum hominem hunc deum quem uidere non poterat: exclamauit. Letificat ualde quod sequitur. (Beati qui non uiderunt & crediderunt) In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus: qui eum quẽ carne non uidimus: mente retinemus. Nos signati sumus: sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim uere credit: qui exercet operãdo quod credit. Quo contra de his qui fidem nomine tenus retinent: paulus dicit confitentur se nosse deum factis autem negant. hinc iacobus ait. Fides sine operibus mortua est.

Thome incr[edu]litas v[ul]nera infid[elita]tis sanau[it]

Marie spo[n]sus ad ei[us] n[u]ptias nõ pe[r]uenit.

Ad hebr. xi. Fides quid

Ad tim. i. d.

Iaco. ij. d.

Segmentũ ex euangelio Ioannis. x. cap. B. qđ canit̃ dominica secũda post resurrectionem. Historia facta est anno christi. xxxiii. vi. kalendas octobris in sabbato.

IN illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor aĩam suam ponit ꝓ ouib⁹ suis. Mercenari⁹ aũt & q nõ est pastor cui⁹ non sunt oues ꝓprie: uidit lupũ uenientẽ: & dimittit oues & fugit: & lup⁹ rapit & dispergit oues. Mercenari⁹ autem fugit: qa mercenari⁹ est & non pertinet ad eũ de ouib⁹. Ego sũ pastor bon⁹: & cognosco oues meas & cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater: & ego agnosco patrẽ & animam meam pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q̃ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere. & uocem meam audient: & fiet unũ ouile: & unus pastor.

Nõ pertine[t] ad eũ de ouibus. Valla. dicendũ erat non est ei cu[]re de ouib⁹. Itẽ fiet vnũ ouile & vnus grex & nõ pastor.

Homilia beati gregorii pape de eadẽ lectiõe. Habita ad populũ in basilica scti petri apostoli dñica. i. post octa. pas.

AVdistis frēs charissimi ex lectione euangelica eruditionem uestram. Audistis piculum nr̄m. Ecce em̄ is qui nō ex accidēti dono: sed essentialiter bon⁹ est dicit. (Ego sum pastor bonus.) Atq; eiusdem bonitatis formā quā nos imitemur adiūgit dicens. (Bonus pastor aīam suā ponit ꝓ ouib⁹ suis.) Fecit qd monuit: oñdit qđ iussit. Bon⁹ pastor ꝓ ouib⁹ suis aīam suā posuit: ut in sacramentū nr̄m corpus suū & sanguinē uerteret: & oues q̄s redemerat carnis sue alimento saciaret. Ostēsa nobis est de cōtemptu mortis uia q̄ sequamur apposita est forma cui iprimamur. Primū nobis est exteriora nr̄a misericorditer ouib⁹ ei⁹ ipēdere. postremū uero (si necesse sit) etiā mortem nr̄am ꝓ eisdem ouib⁹ ministrare. A primo aūt hoc minimo peruenitur ad postremū mai⁹. Sed cū incōparabiliter lōge melior sit aīa q̄ uiuimus: terrena substantia q̄ exteri⁹ possidem⁹. q nō dat ꝓ ouibus suis substantiā suam quō pro his daturus est aīam suā? Et sunt nonnulli q dum plus terrenā substantiā q̄ oues diligūt merito nomen pastoris pdūt. De qbus ꝑtinus subdit. (Mercenarius aūt & q nō est pastor cuius nō sunt oues ꝓprie: uidet lupū uenientē & dimittit oues & fugit.) Nō pastor sed mercenari⁹ uocat q nō ꝓ amore itimo oues dñicas: sed ad tpales mercedes pascit. Mercenari⁹ qppe est: q locum qdē pastoris tenet: sed lucra aīaꝝ nō q̄rit: terrenis cōmodis inhiat: honore p̄latiōis gaudet: tpalib⁹ lucris pascit: ipēsa sibi ab hoibus reuerentia letat. Iste sunt etem̄ mercedes mercenarii. ut ꝓ eo ipso qđ in regimine laborat: hic qđ q̄rit inueniat: & ab hereditate gregis in posterū alienus existat. Vtrū uero pastor sit an mercenarius cognosci ueraciter non pōt: si ocasio necessitatis desit. Tranquillitatis enim tpe plerumq; ad gregis custodiam sicut uerus pastor: sic etiam mercenarius stat. Sed lupus ueniens indicat: quo quisq; animo sup gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oues uenit cū quilibet iniustus & raptor fideles quosq; atq; humiles opprimit. Sed is qui pastor esse uidebatur & nō erat: relinquit oues & fugit. Quia dū sibi ab eo periculum ingeri metuit: resistere eius in iustitie nō presumit. Fugit autem non mutando locum sed subtrahēdo solatiū. Fugit quia iniusticiam uidit & tacuit. Fugit quia se sub silētio abscōdit. Quib⁹ bñ p prophetam dicitur. Non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis murum pro domo israel ut staretis in prelio in die domini. Ex aduerso qppe ascēdere est: quibuslibet potestatibus praue agentibus: rationis libera uoce cōtraire. Et in die domini pro domo israel in p̄lio magno stamus ac murum opponimus: si fideles inocentes cōtra puersorum iniusticiam ex iusticie auctoritate uindicamus. Quod quia mercenari⁹ nō facit: cum uenientem lupum uiderit: fugit. Sed est alius lupus qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat. Malignus uidelicet spiritus qui caulas fidelium insidians circuit: & mortes animarum

Pastor bonus duo pro ouibus ipendere debet.

Oues pascēs p tpali mercede non est pastor.

Lupus quādo đr super oues venire.

Ezech. xiiij. a

Diabolus est alius lup⁹ mētes dilaniās.

querit: de quo lupo mox subditur. (Et lupus rapit & dispergit oues) Lupus uenit & mercenarius fugit: quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat: & is qui locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Anime pereunt: & ipse de terrenis cõmodis letatur. Lupus rapit & dispergit oues. Cum alium ad luxuriam pertrahit alium in auaritiam ascendit: aliũ in sũpbiam erigit: alium per iracundiam diuidit Hunc inuidia stimulat: illum fallacia supplãtat. Quasi ergo gregem lupus dissipat cum fideliũ populũ diabolus per tẽtationes necat. Sed cõtra hec mercenarius nullo zelo accẽditur: nullo feruore dilectionis excitatur. Quid dum sola exteriora cõmoda requirit: interiora gregis dãna negligẽter patitur. Vnde & mox adiungitur. Mercenarius autẽ fugit: quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa est ut mercenarius fugiat: quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur. Stare in periculo ouium non potest: qui in eo quod ouibus preest non oues diligit sed lucrũ terrenum querit. Dum eni honorẽ amplectitur: dum tẽporalibus cõmodis letatur: opponere se cõtra periculum trepidat: ne hoc quod diligit amittat. Sed qa redẽptor noster culpas ficti pastoris innotuit: iterum formam cui debeamus imprimi ostendit dicens. (Ego sum pastor bonus.) Atq; subiungit. (Et cognosco oues meas hoc est diligo & cognoscunt me mee) Ac si patenter dicat. Diligẽtes obsequuntur. Qui eni ueritatẽ non diligit adhuc minime cognouit: quia ergo audistis fratres charissimi periculum nostrũ: pẽsate in uerbis dominicis etiã periculum uestrum. Videte si oues eius estis: uidete si eũ cognoscitis: uidete si lumẽ ueritatis scitis. Scitis aũt dico non per fidẽ sed per amorẽ. Scitis dico nõ ex crudelitate: sed ex operatione. Nã idẽ ipse qui hec loquitur Ioannes euãgelista testatur dicẽs. Qui dicit se nosse deum & mãdata eius nõ custodit mẽdax est. Vnde & hoc in loco dñs protinus subdidit. (Sicut nouit me pater & ego agnosco patrem: & animã meã pono pro ouibus meis.) Ac si aperte dicat. In hoc cõstat quia & ego agnosco patrẽ & cognoscor a patre: quia animã meã pono pro ouibus meis idest ea charitate qua pro ouibus morior: quantum patrẽ diligam ostendo. Quia uero non solam iudeam sed etiam gentilitatẽ redimere uenerat. Adiungit. (Et alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere & uocem meam audiẽt. Et fiet unũ ouile & unus pastor.) Redemptionem nostram q ex gentili populo uenimus dñs aspexerat: cum se adducere & alias oues dicebat. Hoc quotidie fieri fratres charissimi aspicitis: hoc reconciliatis gentibus factum hodie uidetis. Hodie quasi ex duobus gregibus efficit unum ouile quia iudaycum & gentilem populum i sua fide coniungit. Paulo attestante q ait. Ipse est pax nostra q fecit utraq; unum. Dum eni ad eternam uitã ex utraq; natione simplices elegit: ad ouile proprium oues deducit. De

Mercenarius stare i periculo ouiũ: nõ potest

i. Ioã. ij.c

Iudeã et gẽtilitatẽ uenerat deus redimere.

Ad ephe. ij.c

quibus profecto ouibus rursum dicit.(Oues mee uocem meam audiēt & ego agnosco eas & sequuntur me: & ego uitam eternam do eis) De quibus & paulo superius dicit.(Per me si quis introierit saluabitur. Et ingredietur & egredietur: & pascua inueniet.) Ingredietur quippe ad fidem Egredietur a fide ad spē: a credulitate ad contēplationē. Pascua aūt inueniet i illa eterna refectione. Oues ergo eius pascua iuenient: qa quisquis illum corde simplici seqtur: eterne uiriditatis paulo nutritur. Que autem sunt istarū ouium pascua nisi interna gaudia sempiterne uirētis paradisi? Pascua namq electorū sunt uultus presens dei. Qui dum sine defectu conspicitur sine fine mens uite cibo satiatur. In istis pascuis de eternitatis sacietate letati sunt: q iam laqueos uoluptuose temporalitatis euaserūt. Ibi hymnidici angelorꝝ chori. Ibi societas supnorꝝ ciuiū. Ibi dulcis solēnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntiū. Ibi prouidi prophetarū chori. Ibi iudex duodecim apostolorꝫ numerus. Ibi innumerabilium martyrū uictor exercitus: tanto illic letior: quāto hic durius afflictus. Ibi cōfessorꝝ constātia premii sui perceptione cōsolata. Ibi fideles uiri quos a uirilitatis sue robore uoluptas seculi emollire nō potuit. Ibi sancte mulieres q̄ cum seculo & sexum uicerunt. Ibi pueri q hic annos suos moribus transcēderunt. Ibi senes quos hic & ętas debiles reddidit: & uirtus operis nō reliquit. Queramus ergo fratres charissimi hec pascua in qbus cū tantorū ciuium solēnitate gaudeamus. Ipsa nos letantiū festiuitas innitet. Certe sicubi populus nundinas celebraret si ad alicuius eccesie dedicationē denunciata solēnitate uel festiuitate cōcurreret: festinaremus oēs simul iueniri interesse tante solēnitati unusquisq satageret: graui se dāno afflictum crederet: si solēnitatem cōmunis letitie non uideret. Ecce in celestibus electorum ciuium letitia agitur: uicissim de se omnes in suo conuētu gratulantur: & tamen nos ab amore eternitatis tepidi nullo desiderio ardemus: inter esse tante solemnitati non querimus. Priuamur gaudiis & leti sumus. Accendamus ergo animum fratres: recalescat fides in id quod credidit: inardescant ad superna nostra desideria: & sic amare iam ire est. Ab interne solemnitatis gaudio nulla uos aduersitas reuocet: quia & si quis ad locum propositū ire desiderat: eius desiderium quelibet uie asperitas non imutat. Nulla uos prosperitas blandiēs seducat: quia stultus uiator est qui in itinere amena prata conspiciens obliuiscitur ire quo tenebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet: nihil in hoc mundo appetat quod constat quia citius relinquitur. Vt si celestis pastoris ueraciter oues sumus: quia in uie delectatione non figimur: eternis pascuis in peruētione faciemur. Prestante dño nostro iesu xp̄o qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Pascua ouium xp̄i que sunt.

Populus ad nūdinas & solēnitates libēter pgit

Viatoris stulti condicio

Segmentum ex euangelio Ioannis. xvi. capite littę

ra. C. quod canitur dominica tertia post resurrectionem. Hystoria facta est: anno christi. xxxiii. nono Kalendas aprilis. Feria quinta.

IN illo tempore. Dixit dñs Iesus discipulis suis. Modicum & iam non uidebitis me: & iterũ modicum & uidebitis me: quia uado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum & non uidebitis me: & iterũ modicũ & uidebitis me: qa uado ad patrẽ? Dicebant ergo. Quid est hoc: quod dicit modicũ? Nescimus quid loqtur. Cognouit aũt Iesus qa uolebant eũ iterrogare & dixit eis. De hoc queritis iter uos: quia dixi modicũ & nõ uidebitis me: & iterũ modicũ & uidebitis me. Amẽ amen dico uobis quia plorabitis & flebitis uos: mũdus aũt gaudebit. Vos autẽ cõtristabimini: sed tristicia ura uertetur i gaudiũ. Mulier cũ parit tristiciã habet: qa uenit hora eius. Cum aũt peperit puerũ: iam nõ meminit pressure ꝑpter gaudiũ qa natus est homo i mũdũ. Et uos igitur nũc qdem tristiciã habetis. Iterũ aũt uidebo uos: & gaudebit cor uestrum: & gaudiũ uestrum nemo tollet a uobis.

Hora eiꝰ post tũ est ꝓ hora sua inqt laurẽtius.

Homilia uenerabilis bedę presbyteri.

LEta dñi & saluatoris nr̃i promissa fratres charissimi lęto cordis auditu pcipere debemus: sedulaq; itẽtione psistere: quatinus ad hec ptingere mereamur. Quid est eni quod merito lętius audiatur: quã peruenire posse ad gaudiũ: quod nũq̃ possit auferri? Notandũ aũt quia tota lectiõis huius series illis cõuenit: qui eã p̃sentes audierũt a dño. Pars aũt illius etiã nobis: qui post passionem suã & resurrectionẽ dñicam ad fidẽ uenimus: aptissime cõgruit. Quod aũt ait. (Modicũ & nõ uidebitis me: & iterũ modicũ & uidebitis me: qa uado ad patrẽ) Ad illos specialiter ptinet: q eius disciplina tui p̃dicantis in carne adhesere: & post tristiciã passionis uisa resurrectiõe & ascẽsione eius letificari meruerũt. Modicũ etenĩ fuit ab illa hora illius noctis qua traditus est i hora passionis sue quo eũ discipuli carnaliter nõ uiderunt. Et iterum modicũ fuit quod clausus i sepulchro: tertia die resurrecturus iacuit: & illoꝶ aspectibus uideri nõ potuit. Hoc uero quod ait. Modicũ & nõ uidebitis me. Significat post resurrectionẽ: qa cum discipulis conuersatus est: & illis multimoda ostẽsione apparuit: usq; dum i celũ illis uidẽtibus ascẽdit. Vt in euangelio & actibus apostolorum legitur. Et hoc est quod ait. (Quia uado ad patrẽ.) Ac si patẽter dicat. quia post modicũ destructo mortis imperio uobis ĩtuẽdus appareo: quia tẽpus est ut explecta assumptione assumpte mortalitatis cum resurrectionis triũpho iam reuertar ad patrẽ. Hec uero uerba domini specialiter his qui eius resurrectionẽ uidere potuerũt cõueniũt: q̃ apostoli tũc tẽporis non potuerunt intelligere. Et hanc illorum ignorantiam pius ma-

gister intelligens subsequenter secundum illorum dubitationem respō dit quasi expositurus quid esset: quod dixit. (Modicū & non uidebitis me: & iterū modicum & uidebitis me. Amen amē dico uobis quia plorabitis: & flebitis uos: mundus aūt gaudebit: uos aūt contristamini: sed tristitia uestra uertetur in gaudiū.) Et ipsorū & totius ecclesie statui cōgruit. Plorabāt quippe & fleblant amatores xp̄i cum illū comprehēdi ab hostibus: ligari: ad consilium duci: dānari: crucifigi: mori & sepeliri uiderunt. Gaudebāt mundi amatores quos ob infimas cogitatiōes mūdum uocat dn̄s: cum morte turpissima condēnarent illum: qui grauis erat eis etiam ad uidēdum. Cōtristabātur discipuli posito in morte dn̄o: sed agnita eius resurrectione tristicia illoꝝ uersa est in gaudiū. Visa ascēsionis potētia iam maiori gaudio subleuati laudabant & benedicebant

Luce. xxiiij. g dn̄m. Vt lucas euāgelista testatur. Sed & cūctis fidelibus hic dn̄i sermo cōuenit: qui p lachrymas pressurasq̄ p̄sentes ad gaudia ęterna puenire

Psal. cxxv contendunt: ut qui semināt in lachrymis in gaudio metāt. Sicut scriptū est euntes ibant & flebāt. Quatinus in eterna beatitudine laboris sui mercedē recipiant. Mūdus aūt. i. mundi amatores gaudebunt: qui ad eterna gaudia se properare p lachrymas & afflictiones despiciunt. Illis aūt idest iustis cōuenit. Cōtristabimini per labores & pressuras. Sed tristicia uestra uertetur in eterne beatitudinis letitiam. (Sequitur mulier

Mulierē dicit sanctam ecclesiā. cū parit tristitiā habet qa uenit hora eius) Mulierē dicit sanctā ecclesiā propter fecūditatem bonoꝝ operū: & quia spirituales deo filios gignere nunq̄ desinit. Hec mulier cum parit tristitiā habet quia uenit hora eius. (Cū aūt peperit puerū iam nō meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mūdum.) Quia nimirū sancta ecclesia quādiu in mundo spiritualiū uirtutū profectibus insistit: nunq̄ mundi tentationibus exerceri desistit. At quum deuicto laborum certamine ad palmā peruenerit: iam nō meminit pressurę pręcedentis propter gaudiū percęptę retributionis. Non sunt enim condigne passiones huius tēporis ad

Roma. viij. d superuenturā gloriam: q̄ reuelabitur in nobis (Nō meminit inquit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundū.) Sicut eni mulier nato in hoc mundo homine letatur: ita ecclesia nato in uitam futuram fidelium populo digna exultatione repletur: pro qua eius natiuitate multum laborans & gemēs in presenti quasi parturiēs dolet. Nec nouum debet cui quā uideri: si natus dicatur: qui ex hac uita migrauerit. Quomodo eni consuete nasci dicitur cū qs de utero matris ꝓcedēs hāc in lucē egreditur: ita etiā rectissime pōt natus appellari q solutus a uinculis carnis ad lucē sublimatur eternā. Vnde mos obtinuit ecclesiasticus

Quare natales dics appellamus qñ moriūtur sancti. ut dies beatorū martyrū siue cōfessorū xp̄i: qbus de seculo trāsierūt natales uocitemꝰ: eorūq̄ solēnia nō funebria: sed natalicia dicantur. Sequitur: dominus exponens ipse paradigma: quod de muliere posuit. (Et

nos igitur nũc quidẽ tristitiã habetis. Iterũ aũt uidebo uos: & gaudebit cor uestrũ: & gaudiũ uestrũ nemo tollet a uobis.) Quod de ipsis quidẽ discipulis facile ĩtelligitur qa tristitiã habuerũt passo ac sepulto dño sed facta resurrectiõis gloria gauisi sunt uiso dño: & gaudiũ eorũ nemo tulit ab eis. Quia & si postmodũ psecutiões p xpi noie ac tormenta passi sunt: spe tñ resurrectiõis & uisiõis illius accẽsi libẽter queq; aduersa ferebant: imo oẽ gaudiũ existimabãt cũ in tẽtatiões uarias ĩciderẽt. Deniq; cęsi a pricipib⁹ sacerdotũ: ut scriptũ est: ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilii quoniã digni habiti sunt p noie iesu cõtumeliã pati. Gaudiũ eorũ nemo tulit ab eis qa talia patiẽdo p xpo: meruerũt regnare sine fine cum xpo. Sed & oĩs ecclesia p huius uite labores & angustias ad ęterna cęlestiũ tẽdit p̃mia gaudiorũ: attestante aplo: quia p multas tribulationes oportet nos ĩtroire in regnũ dei. quod aũt ait. (Iterũ uidebo uos & gaudebit cor uĩm) uidebo uos dixit: eripiã uos ab aduersariis coronabo uos uictores me uos decertãtes semp uidisse pbabo. Quãdo enĩ nõ uideret suos maxime p̃ssuris circũuẽtos cũ qb⁹ se ipse oĩbus dieb⁹ seculi manere pmisit. sed moriẽtib⁹ ĩter tormẽta fidelib⁹ arbitrãtur eos tortores diuino carere p̃sidio dicẽtes. Vbi est deus eorũ. Vnde qdã ex his circũseptus erũnis aiebat. Vide dñe afflictionẽ meã: qm̃ erectus est inimicus. Quod est aperte dicere. Qm̃ inimicus insequẽs ceruicẽ supbie cõtra tuos humiles attollit: tuo nos auxilio cõditor noster oĩpotẽs subleua. te uictis ac repulsis hostibus nr̃os semp agones uidisse tibi hos placuisse cõproba. Videt itaq; electos post tristitiã dñs: quũ eorũ patientiã dãnato ĩpugnatore remunerat. Potest & ita ĩtelligi quod ait. (Iterũ aũt uidebo uos) quasi diceret. Iterũ uobis uidentibus appareo: quomõ dixit abrahę. Nũc cognouiq; timeas dñm: p eo ut diceret. Nũc cognoscere hoies feci quod timeas dñm: q hactenus nesciebãt quod apud me certũ semp habui. Si ergo fratres charissimi salubri nũc tristicia afficimur: si iuxta hortamenta apostoli spe gaudẽtes in tribulatiõe existimus patientes. Si nr̃a errata. Si miserias pximorũ debita lamentatiõe deflemus: uidebit nos iterũ dñs. i. uidendũ se nobis ostẽdet in futuro: qui quõdã nos uidere fidei suę nobis agnitionẽ largiẽdo: dignatus est. Videbit ut coronet: qui quondã uidit ut uocaret. (Videbit & gaudebit cor uestrũ: & gaudiũ uestrũ nemo tollet a uobis) qa hec est uera & unica merces eorũ: qui secũdũ deũ cõtristãtur: de ppetua eius uisione gaudere. Quã pfecto mercedẽ pmisit ipse sublimiter cũ ait. Bti mũdo corde: qm̃ ipsi deũ uidebũt. Quã desiderabat ardẽter ppheta cũ dicebat. Sitiuit aĩa mea ad deũ uiuũ: qñ ueniã & apparebo ante faciẽ dei? Quã se apostolus cũ suis similibus accepturũ esse gratulatur: qui certaminũ suorũ cõscius cõfidenter ptestatur dicẽs. Videmus nunc p speculum in enigmate: tunc aũt facie ad faciẽ. Quã nos quoq; & fideliter quęrere & ueraciter apprehendere donet ipse cer

Actuũ.v.g.
Actuũ.xiiij.d
Matthei. xxviii.d
Treno.i.c
uidentibus deus
Gene.xxii.c.
Roma.xi.d
Mat.v.a
Psal.xli.
i.Co:i.xiij.d

tantium auxiliator & innocẽtium remunerator iesus xp̃s dominus noster: qui uiuit & regnat cum patre. &c.

Segmẽtum ex euangelio ioannis. xvi. capite. B. quod canitur dominica quarta post pascha.

IN illo tẽpore. Dixit dñs iesus discipulis suis. Vado ad eum qui misit me: & nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis: tristitia ĩplebit cor uestrum. Sed ego ueritatẽ dico uobis expedit uobis ut ego uadã. Si eni nõ abiero paraclitus nõ ueniet ad uos. Si aũt abiero mittã eũ ad uos. Et cũ uenerit ille arguet mũdum de peccato & de iusticia & de iudicio. De peccato quidẽ qa nõ crediderũt ĩ me. De iusticia uero qa ad patrẽ uado: & iã nõ uidebitis me De iudicio aũt qa prĩceps huius mũdi iã iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cũ aũt uenerit ille spũs ueritatis: docebit uos omnẽ ueritatẽ. Nõ eni loqtur a semetipso sed q̃cũq; audiet loqtur: & q̃ uẽtura sunt annũciabit uobis: ille me clarificabit: qa de meo accipiet & annũciabit uobis. Oĩa q̃cũq; habet pater mea sunt: propterea dixi qa de meo accipiet & annũciabit uobis.

Ex dictis sc̃ti augustini episcopi de uerbis dñi.

SIgnificat sic se iturũ ad eum q misit illum: ut nullus iterrogaret quod palã fieri uisu corporis cernerẽt. Nã supius interrogauerãt eum quo esset iturus: dum ad passionẽ propauit. Et respõdit eo se iturum: quo illi tunc seq nõ possent: nunc aũt sic se dicit iturũ ut nullus quo uadit iterroget: nubes eni suscepit eum quãdo ascẽdit ab eis: & euntẽ in cęlum nõ uerbis quesierunt: sed oculis uiderũt. (Sed qa hec locutus sum uobis ĩnqt tristitia ĩpleuit cor uestrũ) Videbat utiq; qd illa sua uerba in eoꝝ cordibus agerẽt: spũalem qppe nõdum habẽtes interius cõsolationẽ: quã p spũm sanctũ fuerãt habituri: id quod exterius ĩn xp̃o uidebãt: amittere metuebãt (Sed ego ueritatẽ dico uobis expedit uobis ut ego uadã) Ac si apte diceret. Expedit ut forma serui ur̃is subtrahatur aspectibus: quatinus amor diuinitatis aptius uestris infigatur mẽtibus. Expedit ut notã uobis formã cęlo inferã quatinus p hoc maiori desiderio illuc suspiretis. (Si eni nõ abiero paraclytus nõ ueniet ad uos. Si aũt abiero mittã eũ ad uos.) Nõ qa nõ poterat ipse in terra posit⁹ dare spũm discipulis. Hec loqtur cũ apte legitur: qa post resurrectionẽ apparens eis ĩsufflauit & dixit eis. Accipite spũm sanctũ. Sed ipso in terra posito & corporaliter cõuersante cum eis non ualebãt ad illum erigere mentẽ ad sitienda munera gratie celestis. Ascendẽte aũt illo ad cęlos & illi pariter omne desiderium suum in illum transferebant. Ideo capaces spiritus sancti iam facti erant: non ultra de morte eius contristati sed ꝑmissionis eius munere letati. Patet autem nec laboriosa expositione indiget: cur eundem spiritum paraclytum idest consolatorem cognomi-

Ioã. xx. c

Spm̃ sanctũ cur paraclitũ appellauit.

nauerit. Quia nimirum corda discipulorum que recessus ipsius mesta reddidisset: huius consolaretur & recrearet aduẽtus. Non quod antea spiritus sanctus non esset in cordibus discipulorum uel etiam antiquorum sanctorum: sed manifesta plenitudine ante sic nõ fuit dactus quomodo post ascẽsionem die decimo in cẽtum uiginti homines transmissus legitur. Sed in nullo opere cuiuslibet psona patris: uel spũs sancti totius quoque sancte trinitatis opatio defuit. Sed oportebat ita insinuari trinitatem ut quãuis nulla esset diuersitas substãtie: singillatim tñ cõmendaretur distinctio psonarum. (Et cũ uenerit ille arguet mundũ.) Quid est quod dixit cũ uenerit ille arguet mundũ? Nũqd xp̃s dũ esset in mũdo nõ arguit mũdũ de his oĩbus q̃ sequuntur? Sed xp̃s solã iudeorum gentẽ arguit. spiritus uero sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis: nõ unã gentẽ intelligitur arguisse: sed mundum. In quo arguit: in eo p spũm sanctum charitas difusa est in cordibus eorum quę foras mittit timorẽ: ut non metuerent mundũ. i. amatores mundi arguere de peccato: & de iusticia: & de iudicio. Quã setẽtiã ipse xp̃s exposuit dicẽs. (De peccato: qa non credunt in me.) Peccatum ĩcredulitatis quasi speciale posuit. Quia sicũt fides origo uirtutum: ita solidamẽtum est uitiorum ĩ incredulitate psistere Dño terribiliter attestante qui ait. Qui autẽ nõ credit iã iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filii dei.

Charitas foras mittit timorem.

Fides origo virtutũ. &c Joã. iij. c.

Segmẽtum ex euanglio Ioannis. xvi. capite E. quod canitur dominica quinta post pascha. hystoria huius euãgelii facta est anno xp̃i. xxxiii. nono kalẽdas aprilis. feria quinta in cena dñi.

IN illo tempore dixit dominus Iesus discipulis suis. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum. Hec in prouerbiis locutus sum uobis. Veniet hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis: sed palam de patre meo annunciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nunc dico uobis quia amastis & credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre & ueni in mundum. Iterum relinquo mundum: & uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis nunc scimus quia scis omnia: & non est opus tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi.

Homilia beati augustini episcopi.

DVobus modis intelligi potest. Vel quia in nomine meo nõ petistis: quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis: uel non petistis quicquã: quoniã in comparatione rerum quas petere debuistis pro nihilo habendum est quod pe

Qui nõ petit q̃ ad sempiternã salutẽ pertinent nil petit

tistis: quia qui petit quod ad sempiternam salutem & gaudium eternũ nõ pertinet nihil petere uidetur ad cõparationẽ illius petitionis: quã petere debuit. (Vsq₃ modo nõ petistis quicq̃ in noĩe meo.) Vel ita intelligendũ est nõ petierũt eatenus in noĩe saluatoris qui dum ipsius saluatoris uisibili presentia cõplerentur: minus ad inuisibilia salutis dona mentis ĩtuitum erexerant. Qui uero cõtra rationẽ salutis sue petit nõ petit in noĩe iesu. Hinc dñs seq̃nter ait. (Petite & accipietis ut gaudiũ uestrũ sit plenũ.) Significans quid sit nobis petẽdum. i. ut plenũ si gaudium uestrum. Vnde ait. (& accipietis.) Si illa petimus q̃ ad plenitudinẽ eternorum pertineat gaudiorũ accipiemus. Plenum ergo gaudiũ beatitudinẽ perpetue pacis appellat. Ait itaq₃. (Petite & accipietis: ut gaudiũ uestrũ sit plenũ.) Ac si patenter dicat. Nõ fluxa seculi gaudia q̃ & merore sunt permixta: & dolore finienda sunt: sed illud singulare gaudium a patre petite cuius plenitudo nullo cuiuslibet inquietudinis attactu minuatur nullo unq̃ termino dissoluatur. (Hec in prouerbiis locutus sum uobis: uenit hora cum iam nõ in prouerbiis loquar uobis sed palam de patre annunciabo uobis.) Nã paruuli fuerant: & necdum intelligere potuerant quomodo pater esset in filio: & filius in patre & cetera q̃ ad profundam misteriorũ diuinitatẽ pertinebãt: necdũ scire potuerãt: ideo in prouerbiis quasi in enigmate loqui illis uidebatur dñs: sed promittit illam horã in qua palã illis de patre loqueretur. Illã nimirũ horã significabat qua eis peracta sua passione ac resurrectiõe spũs sancti erat grãm daturus. Tunc eteni spũ aliter intus instructi spũali dilectione succẽsi: quo per fectus oĩa q̃ de agnitione diuinitatis mortalibus erãt capiẽda ceperunt eo ardentius sola q̃ ad eius uisionẽ promerendã iuuarent petere ac desiderare curauerunt. (In illa die in noĩe meo petetis.) idest q̃ ad salutẽ tantũmodo aĩarum uestrarũ: & q̃ ad gaudia eterna pertinere uidẽtur petere incipietis: & maxime ut ĩtelligatis quod dixi. Ego & pater unum sumus: uel quomodo pater sit in me & ego in patre. Tũc in eius noĩe petunt qui dicuntur petere: quia in sancto eius noĩe nõ aliud quã res ipsa est q̃ hoc noĩe uocatur intelligunt. Hi possunt utrũq₃ cogitare dñm nostrum iesum xp̃m inquãtum homo est pro nobis interpellare patrẽ. In quãtum deus est: nos exaudire cum patre: quod eũ significasse arbitror ubi ait (Et nõ dico uobis qa ego rogabo patrẽ de uobis) Potest eñi non inconueniẽter accipi quod ait. Et non dico uobis quia ego rogabo patrẽ de uobis: quia nõ de p̃senti rogo sed de futuro posuit rogabo quod sanctis ad internam pacẽ receptis: nõ opus sit iã aliquid rogare de illis qa nimirũ tãta btitudine donãdi sint q̃ amplior eẽ non possit.

Joã. x. f

Pro sanctis nõ opus ẽ rogare.

Segmẽtũ ex euãgelio Marci. xvi. cap. C. quod canitur in die ascẽsionis dñi. Hystoria ipso die facta ẽ ascẽsionis scilicet feria quinta. iii. nonas iunii anno xp̃i. xxxiii.

IN illo tpe. Recũbentibus undecim discipulis apparuit illis iesus: & exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ & duriciã cordis quia his qui ui derant eũ resurrexisse nõ crediderunt & dixit eis. Euntes in mũdũ uniuersum: ꝑdicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui uero nõ crediderit: cõdemnabit᷑. Signa aũt eos qui crediderint hec sequent᷑. In noie meo demonia eiiciẽt: linguis loquẽtur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferũ quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponẽt: & bene habebũt. Et dominus quidem iesus postq̃ locutus est eis: assumptus est in celum: & sedet a dextris dei. Illi autem profecti prædicauerunt ubiq; : domino cooperante: & sermonem confirmante: sequentibus signis.

Homilia beati gregorii pape de eadẽ lectiõe. Habita ad populum in basilica beati petri in assumptione domini.

QVod resurrectionẽ dñicam discipuli tarde crediderunt non tã illoꝝ infirmitas q̃ nostra (ut ita dicã) futura firmitas fuit. Ipsa nãq; resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta mõstrata est. Que dũ nos legẽtes agnoscimus quid aliud q̃ de illoꝝ dubitatione solidamur. Minus em̃ mihi maria magdalena ꝑstitit q̃ citius credidit: q̃ thomas qui diu dubitauit. Ille etem̃ dubitãdo uulnerũ cicatrices tetigit. & de nostro pectore dubitationis uulnus amputauit. Ad insinuãdã quoq; ueritatẽ dñice resurrectionis notandũ nobis est quid lucas referat dicens. Conuescẽs ꝑcepit eis ab ierosolymis ne discederent. Et post pauca. Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ. Notate uerba: signate mysteria. Conuescẽs eleuatus est: comedit: & ascendit: ut uidelicet ꝑ effectũ comestionis: ueritas patesceret carnis. Marcus uero priusq̃ celũ dñs ascendat: eũ de cordis atq; infidelitatis duricia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid cõsiderandũ est: nisi quod iccirco dominus tunc discipulos increpauit cum eos corporaliter reliquit: ut uerba que recedẽs diceret: i corde audientium arctius impressa remanerent. Increpata igitur eorũ duritia quid ammonẽdo dicat audiamus. (Euntes in mundũ uniuersum: predicate euangelium omni creature.) Nunquid fratres mei sctm̃ euãgelium uel insensatis rebus uel brutis animalibus fuerat predicãdum: ut de eo discipulis dicatur. Predicate euangelium omni creature? Sed omnis creature nomine signatur homo. Sunt nãq; lapides: sed nec uiuunt nec sentiunt. Sunt herbe & arbusta: uiuunt quidem sed non sentiunt. Viuunt dico: nõ ꝑ animã sed per uiriditatẽ. Quia & paulus dicit. Insipiens tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur. Viuit ergo quod moritur ut uiuificetur. Lapides itaq; sunt: sed non uiuunt. Arbusta autem sunt: uiuunt: sed non sentiunt. Bruta uero animalia sunt: uiuunt sentiunt sed non discernunt. Angeli sunt: uiuunt sentiunt & di

Magdalena cito credens minus nobis prestitit quã Thomas qui diu dubitauit.

Actuum. j. a.

Ibidem.

Uerba vltĩa recedẽtiũ altius remanent fixa corde audientium.

Euãgeliũ q̃liter potest ꝑdicari omni creature.

j. Corin. xv. e

Homo pōt dici omnis creatura.

scernūt. Omnis aūt creature aliquid habet homo. Habet namq; commune esse cū lapidibus. uiuere cū arboribus. sentire cū animalibus: intelligere cum angelis. Si igitur cōmune habet aliquid cū omni creatura homo: iuxta aliquid oīs creatura est homo. Omni ergo creature predicatur euangeliū: cum soli homini predicat᷑: quia ille uidelicet docet᷑ propter quem in terra cuncta creata sunt: & a quo oīa per quandā similitudinē aliena non sunt. Potest etiā omnis creature noīe omnis natio gētium designari. Ante etenim dictū fuerat. In uiam gentiū ne abieritis. Nūc aūt dicitur. Omni creature p̄dicare ut. s. prius a iudea apostolorū repulsa predicatio: tunc nobis in adiutoriū fieret: cū hāc illa ad dānationis sue testimonium superba repulisset. Sed cū discipulos ad p̄dicandū ueritas mittit: quid aliud in mundo facit nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine: ut multarū messium fruges recipiat ex nostra fide. Neq; etenim in uniuerso mundo tanta fidelium messis exurgeret: si de manu dñi super rationalem terram illa electa grana p̄dicantium non uenissent. Sequitur. (Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui uero non crediderit condēnabitur.) Fortasse unusquisq; apud semetipsum dicat. Ego iam credidi saluus ero. Verum dicit si fidē operibus tenet. Vera etenim fides est que in hoc quod uerbis dicit: opibus nō contradicit. Hinc etenim est quod de quibusdā falsis fidelibus paulus dicit. Qui cōfitentur se nosse deum: factis aūt negant. Hinc ioānes ait. Qui dicit se nosse deū & mandata eius nō custodit mēdax est. Quod cū ita sit: fidei nostre ueritatē in uite nostre consideratione debemus agnoscere. Tunc enim ueraciter fideles sum⁹: si quod uerbis promittimus: operibus complemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atq; omnibus pompis abrenunciare promisimus. Itaq; unusquisq; uestrum ad considerationē suam mentis oculos reducat & si seruat post baptismum quod ante baptismum spopondit: certus iam (quia fidelis est) gaudeat. Sed ecce si quod promisit minime seruauit: si ad exercēda praua opera: ad concupiscendas mundi pōpas dilapsus est: uideamus si iā scit plāgere quod errauit. Apud nāq; misericordem iudicē nec ille fallax habebitur: qui ad ueritatē reuertitur etiam postq̄ mentit᷑. Quia omnipotēs deus dū libenter nostrā penitentiā suscipit: ipse suo iudicio hoc quod errauimus abscondit. Sequitur. (Signa aūt eos qui crediderint hec sequent᷑. In noīe meo demonia eiiciēt. linguis loquētur nouis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: & bene habebunt.) Nūquid iam fratres mei quia ista signa non facitis: minime creditis? Sed hec necessaria in exordio ecclesie fuerunt. Vt enim fides cresceret miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos cum arbusta plātamus: tādiu eis aquā fundimus: quousq; ea in terra iam cōualuisse uideamus.

Mat. x. a.

Que sit vera fides.

Ad tim. x. d. i. Joan. ii. a.

Fideles veraciter sunt qui operibus cōplent qđ verbis promittunt.

Miracula fuerunt in exordio eccl'ie necessaria.

At si semel radicē fixerint irrigatio cessabit. Hic est enī quod paulus dicit. Lingue in signū sunt nō fidelibus sed infidelibus. Habemus de his signis atq; uirtutibus q̄ adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe ecclesia quotidie spūaliter facit: quod tūc p apostolos corporaliter faciebat. Nā sacerdotes eius cū p exorcismi gratiā manū credentibus imponūt: & habitare malignos spūs in eorū mēte contradicūt: qd aliud faciūt nisi demonia eiiciūt? Et fideles quiq; qui iam uite ueteris secularia uerba dereliquūt: sancta aūt mysteria insonāt: cōditoris sue laudes & potētiam quantū ꝑualent: narrant: quid aliud faciūt nisi nouis linguis loquantur. Qui dum bonis suis exhortatiōibus malitiam de alienis cordibus auferunt: serpētes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt: sed tamē ad opationē prauam minime ptrahunt: mortiferū quidē est qđ bibūt sed nō eis nocebit. Qui quotiēs proximos suos in bono ope infirmari cōspiciūt. dū eis tota uirtute cōcurrunt: & exēplo sue operationis illoꝝ uitā roborāt: qd aliud faciūt nisi sup egros manus imponūt ut bñ habeāt? Que nimiꝝ miracula. tāto maiora sunt quāto spiritalia. tanto maiora sunt q̄nto p hęc nō corpora: sed aīe suscitātur. Hęc itaq; signa frēs carissimi auctore deo si uultis uos facitis. (Ex illis. n. exteriorib⁹ signis obtineri uita ab hec opantibus nō ualet. Nā corporalia illa miracula oñdūt aliquando sanctitatē: non aūt faciūt. Hec uero spiritalia q̄ aguntur in mēte: uirtutē uite non ostēdunt sed faciūt. Illa habere & mali possunt: istis aūt pfrui nisi boni non possunt. Vnde de quibusdam ueritas dicit. Multi mihi dicēt in die illa. Dñe domine nōne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine demonia eiecim⁹? & in noīe tuo uirtutes multas fecim⁹. Et tūc cōfitebor illis quia nō noui uos discedite a me q opamini iniquitatē. Nolite ergo frēs charissimi amare signa q̄ possunt cū reprobis haberi cōia: sed hęc q̄ modo: dixim⁹: charitatis atq; pietatis miracula amate: q̄ tāto securiora sunt quāto & occulta: & de qb⁹ apud dñm eo maior fit retributio: quo apud hoīes minor est gł'ia. Seqtur. (Et dñs qdē iesus postq̄ locutus est eis: assumpt⁹ est i coelū: & sedet a dextris dei.) In ueteri testamēto cognouimus qđ helias sit raptus in cœlū. Sed aliud est cœlū ęthereū: aliud aereū. Cœlū qppe aereū terre est ꝓximū. Vnde & aues coeli dicim⁹: qa eas uolitare ī aere uidem⁹. In cœlū itaq; aereū helyas subleuat⁹ est: ut in secretā quādā terre regionē repēte duceret: ubi ī magna iā carnis & spūs qete uiueret quousq; ad finē mundi redeat & mortis debitum soluat. Ille etenim mortē distulit: nō euasit. Redemptor autē noster quia nō distulit supauit: eāq; resurgēdo cōsumpsit: & resurrectiōis sue gloriā ascendēdo declarauit. Notandum quoq; est q helias in curru legitur ascendisse: ut uidelicet aperte demonstraretur: quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa & ostensa sunt adiumenta: quia nec ad

Sacerdotes etiā hodie demonia possunt eiicere.

Miracula sanctitatē ostendunt sed non faciunt.

Mat. vij. c.

Psalm⁹. vj.

iiij. regū. ij. b

Celum est ethereū & aereum.

ij. regū. ij. b.

cęlum quidē aereum p se ascendere poterat: quē nature sue infirmitas grauabat. Redemptor aūt noster nō curru nō angelis subleuatus legitur: quia qui fecerat omnia: nimirum super oīa sua uirtute ferebatur. Illo etenim reuertebat̄ ubi erat: & inde redibat ubi remanebat. Quia cū per humanitatē ascenderet in cęlum: per diuinitatem suam & terrā pariter continebat & cęlum. Sicut autem ioseph a fratribus uenditus uenditionem redemptoris nostre figurauit. Sic enoch translatus: atq; ad cęlum aereum helyas subleuatus: ascensionem dominicam designauit. Ascensionis ergo sue dn̄s & prenūcios & testes habuit. Vnū ante legē. alium sub lege. ut quandoq; ueniret ipse qui ueraciter cęlos penetrare potuisset. Vnde & ipse ordo in eorum quoq; utrorūq; subleuatione per q̄dam incremēta distinguitur. Nā enoch translatus: helyas uero ad cęlū transuectus esse memorat̄: ut ueniret postmodū qui nec translatus nec transuectus cęlum ęthereum sua uirtute penetraret. Qui nobis in se credentibus: quia carnis sue quoq; mūdiciam largiret̄: & sub eo per incrementa tempoꝝ uirt⁹ castitatis excresceret: in ipsa quoq; eoꝝ trāslatiōe: q ascensionē dn̄icam ut uidelicet famuli designauerūt: & in se ipso: qui ad cęlū ascendit: dn̄s ostendit. Nā enoch quidē uxorem & filios habuit. Helias uero neq; uxorē neq; filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo p incrementa creuerit munditia sanctitatis: quod & p translatos famulos: & per ascēdētis dn̄i psonam patēter ostēditur. Trāslatus nāq; est enoch & p coitū genit⁹ & per coitū generans. Raptus est helyas per coitū genitus: sed non iam per coitū generans. Assumptus uero est dn̄s neq; per coitū generans: neq; per coitū generat⁹. Considerandū nobis est: qd est quod marcus ait. Sedet a dextris dei: & stephan⁹ dicit. Video celos aptos & filium hominis stantem a dextris dei. Quid est quod hunc marcus sedentem: stephan⁹ uero stantem se uidere testatur. Sed scitis fratres quia sedere iudicantis est: stare uero pugnantis uel adiuuantis. Quia ergo redemptor noster assumptus in cęlum: & nunc omnia iudicat: & ad extremum iudex omnium ueniet: hūc post assumptionē marcus sedere describit: quia post assumptionis sue gloriam iudex in fine uidebitur. Stephanus uero hunc in labore certaminis positus stantē uidit quem adiutorē habuit: quia ut iste in terra persecutorū infidelitatē uinceret: pro illo de coelo illius gratia pugnauit. Sequitur. (Illi autē profecti p̄dicauerunt ubiq; dn̄o coopante & sermonē confirmante seq̄ntibus signis.) Quid in his considerandum est: quid memoriæ comēdandum? Nisi quod præceptum obediētiam uero signa secuta sunt?

Gen. xxxvii. f. Gene. v. d. Ascensionis de dn̄s prenūcios habuit. Genesis. v. Enoch in celū translatus uxorem & filios habuit. Mar. xvi. d. Actuū. vii. g. Redēptor q̄ de describitur sedēs a marco: quē tamē stantē stephanus testat⁹ ē.

Segmētum ex euangelio ioannis cap̄. xiiii. C. quod canitur die sancto pēthecostes. Historia facta est anno christi xxxiii. ix. kl̄s aprilis feria. v. cene domini.

IN illo tpe. d. i. d. s. Si qs diligit me sermoné meum seruabit. Et pater meus diliget eũ: & ad eum ueniemus: & mansioné apud eũ faciemus. Qui non diligit me sermones meos nõ seruat. Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum uobis apud uos manens: paraclytus auté spũs sanctus qué mittet pater in nomine meo ille uos docebit omnia: & suggeret uobis omnia quecunq; dixero uobis. Pacem relinquo uobis: pacé meam do uobis. Non quomodo mũdus dat: ego do uobis. Non turbetur cor uestrum neq; formidet. Audistis qa ego dixi uobis: uado & uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utiq; quia uado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit eñ princeps mundi huius: & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio.

Homilia beati gregorii papæ de eadem lectione. Habita ad populũ in basilica scti petri die sancto penthecostes.

LIbet frés charissimi euãgelice uerba lectiõis sub breuitate transcurrere: ut post diutius liceat in cõtéplatione tante solénitatis i morari. Hodie nãq; spũs sctũs repentino sonitu sup discipulos uenit: métesq; carnaliũ in sui amoré pmutauit. Et foris apparétib⁹ linguis igneis intus facta sunt corda flãmãtia: quia dum deũ in ignis uisióe susceperũt: p amorem suauiter arserũt. Ipse nãq; spũs sctũs amor est. Vnde & ioãnes dicit. Deus charitas est. Qui ergo méte itegra deũ desiderat: profecto iam habet quem amat. Neq; eñ quisquã posset deũ diligere: si eum qué diligit nõ haberet. Sed ecce si unusq̃sq; nostrũ requirat: an diligat deũ: tota fiducia & secura méte rñdet: diligo. In ipso auté lectionis exordio audistis quid ueritas dixit. (Si qs diligit me sermoné meum seruabit.) Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. hinc i epistola sua idem ioannes dicit. Qui dicit diligo deum & mandata eius nõ custodit médax est. Vere eñ diligimus: si ad mandata eius a nr̃is nos uoluptatibus coarctamur. Nam q̃ adhuc per illicita desideria diffluit profecto deum non amat: quia ei in sua uoluntate contradicit. (Et pater meus diliget eum: & ad eum ueniemus & mansionem apud eũ faciemus.) Pésate fratres charissimi quanta sit ista solénitas habere i cordis hospicio aduentum dei. Certe si domum nostram quisquã diues aut prepotens amicus itraret: omni festinantia domus tota mundaretur: ne quid fortasse esset quod oculos amici itrantis offenderet. Tergat ergo sordes praui opis qui deo preparat domum métis. Sed uidete quid ueritas dicat. (Veniemus & mansioné apud eum faciemus.) In quorũdam eteni corda uenit: & mansionem non facit: quia per cõpunctionem quidem dei respectũ pcipiũt: sed tentationis tpe hoc ipm

Sermonem quẽ. non credit lauré. i tãtũ erroré puenisse iterpté vt diceret sermoné sed sermo q: sic est apõ grecos: & ipse testat vidisse vetustos codices in quib⁹ erat sermo. Paraclitus substãtiuũ est et vt inqt laur. dicendũ erat paraclit⁹ aũt sctũs spũs ne suggerens duo substãtiua p̃cipue q: apõ grecos neutrũ est & é peculiare nomé scti spũs habetq; accétũ i antepe. contra regulã latini sermõis q: penul. é lõga eratq; scribédũ p. e. paracle t⁹ q: p. i significat aliud. sed iã p. i cõiter scribitur a doctoribus vt ego i expositione hymnorũ dixi. Neq; dicitur greceq̃cũq; dixero vobis. sed q̃ dixi vob̃ q: ad uẽtãte obitu nõ locutur⁹ erat cũ apostolis multa. j. Joã. iiij. d.

Probatio dilectiõis est exhibitio operis.

quo cõpuncti fuerãt:obliuiscunt. Sicq; ad ppetranda pctã redeunt: ac si hec minime plãxissent. Qui ergo deũ uere diligit: q eius mãdata custodit:in eius corde dñs & uenit & mãsioné facit. quia sic eũ diuinitatis amor penetrat:ut ab hoc amore tẽtationis tpe nõ recedat. Ille ergo uere amat:cuius uidelicet mentẽ delectatio praua ex cõsensu nõ superat. Nã tanto quisq; a superno amore disiungit:quãto inferius delectatur. Vnde & adhuc subditur.(Qui nõ diligit me sermões meos nõ seruat) Ad uosmetipsos ergo fratres charissimi itrorsus redite:si deũ uere amatis:exquirite. Nec tñ sibi aliquis credat: qcqd sibi animus sine opis attestatione rñderit:de dilectione cõditoris lingua mens & uita requirant. Nunquã est dei amor ociosus. Operatur eñi magna si est: si uero opari renuit:amor nõ est.(Et sermonem qué audistis nõ est meus: sed eius q misit me patris.)Scitis fratres charissimi quia ipse qui loquitur unigenitus filius uerbũ patris est:& qui a seipso nõ loquit. Ideo sermo quẽ loqtur filius:nõ est filii:sed patris:quia ipse filius uerbũ est patris.(Hec locutus sum uobis apud uos manẽs.)Quãdo nõ maneret apud eos:q ascensurus celũ promittit dicẽs. Ecce ego uobiscũ sum oibus diebus usq; ad cõsumationem seculi. Sed uerbũ incarnatũ & manet:& recedit. Recedit corpore:manet diuinitate. Apud eos ergo tunc se mansisse phibet: quia is qui inuisibili semper potestate presens erat:corporali iam uisione recedebat.(Paraclitus aũt spũs sanctus quem mittet pater in nomine meo:ille uos docebit oia:& suggeret uobis omnia quecunq; dixero uobis.)Nostis plurimum fratres mei q̃ græca locutione paraclitus: latine aduocatus dicitur uel consolator. Qui idcirco aduocatus dicitur: quia pro errore delinquentium apud iusticiam patris interuenit. Qui unius substãtiæ cũ patre & filio exorare p delinquẽtibus perhibet:quia eos quos repleuerit exorantes facit. Vnde & paulus dicit. Ipse enim spiritus postulat pro uobis gemitibus inenarrabilibus. Sed diceret quis. Minor est qui postulat q̃ qui postulatur:quomodo ergo spũs postulare dicitur:q minor nõ est? Sed ipse spũs postulat: quia ad postulãdum eos quos repleuerit inflãmat. Cõsolator autem idem spirit⁹ uocatur: quia de peccati perpetratione merentibus dum spem uenie preparat: ab afflictione tristitie mentem leuat. De quo recte promittitur.(Ipse uos docebit omnia.)Quia nisi idẽ spiritus cordi assit audiẽtis: ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore decẽtis intelligit. Quia nisi itus sit q doceat: doctoris lingua exterius in uacuũ laborat. Ecce unã loquẽtis uocem oẽs pariter auditis nec tñ pariter sensum audite uocis pcipitis. Cũ ergo uox dispar nõ sit:cur in cordibus uestris dispar est uocis inteligẽtia: nisi qa p hoc quod uox loquẽtis cõiter admonet:est magister interior q de uocis inteligẽtia quosdã specialiter docet. De hac unctiõe spũs rursus per ioannẽ dicitur. Sicut unctio eius

Margin notes (in the order printed):

J. Joan.iiij.d

Domũ mentis pparet q dñs digne recipere velet.

Amor dei nunq̃ est ociosus.

mat.xxviij.d

Ad Ro. viij

Spũs sctũs uocatur consolator.

Doctoris lingua in vacuum laborat nisi intus sit qui doceat.

docet uos de oibus. Per uocẽ ergo nõ instruitur: qñ mẽs per spm̃ nõ ungitur. Sed cur ista de doctrina hoim loquimur: qñ & ipse conditor non ad eruditionẽ hominis loquitur: si eidẽ homini per unctionẽ spirit⁹ nõ loquatur? Certe caym priusq̃ fratricidiũ opere perpetraret: audiuit: peccasti. quiesce(Sed quia culpis suis exigentibus uoce est admonitus non unctione: audire uerba dei potuit: sed seruare contempsit.) Requirẽdũ uero nobis est: cur de eodem spiritu dicatur: suggeret uobis omnia: cũ suggerere soleat esse minoris? Sed quia suggerere aliqñ dicim⁹ subministrare: inuisibiliter spũs suggerere dicitur nõ q̃ nobis scientiã ab imo inferat: sed ab occulto. (Pacẽ relinquo uobis: pacem meã do uobis.) Hic relinquo: illic do. Sequentibus relinquo: peruenientibus do. | Joã.ij.d. | Gene.iiij.b.

Segmẽtũ ex euãgelio ioãnis.iii.capite. A. quod canitur dñica in trinitate. historia facta est anno xp̃i. xxxi. xvi. kl's maii. feria. iiii.

IN illo tp̃e. Erat homo ex fariseis nicodemus nomine princeps iudeorum. Hic uenit ad iesum nocte & dixit ei. Rabi: scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respõdit iesus & dixit ei. Amẽ amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Nunquid potest in uentrem matris sue iterato introire & renasci? Respondit iesus. Amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto nõ potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est. & quod natũ est ex spũ spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet uos nasci denuo. Spũs ubi uult spirat: & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nicodemus & dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respõdit iesus & dixit ei tu es magister in israel & hec ignoras? Amen amẽ dico tibi: quia qd scimus loquimur. & quod uidim⁹ testamur: & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi uobis & non creditis quomodo si dixero uobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis: ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat uitam eternam. Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit ĩ eum non pereat sed habeat uitam eternam.

Nisi denuo. Laurẽtius tñ grecorũ rõnẽ sequutus quã verbi naturã dicit si ds genitus fuerit. et quomodo potest homo gigni ꝛ ita deinceps. Item spirit⁹ quomõ vult spirat et. tu ẽ magister israel hoc ẽ israelis et non in israel. | Nume.xxi.c.

Homilia uenerabilis bedę presbyteri.

SIcut ex lectiõe sancti euangelii fratres charissimi audistis princeps iudeorum uenit ad dominum iesum nocte cupiens secreta eius allocutione plenius instrui: discere misteria fidei: cuius aperta ostẽsione signorum aliquatenus iam rudimenta percepat. Qui quoniam prudenter ea q̃ ab illo fieri uidebat intelligere curauit:

sublimiter ea q̄ ab illo querebat inuestigare promeruit. (Rābi inqt sci-
mus qa a deo uenisti magister. Nemo eñ potest hec signa facere q̄ tu fa
cis nisi fuerit deus cū eo.) A deo igitur iesum uenisse ad magisteriū cele
ste mūdo adhibēdū cōfessus est. Deū cum illo fuisse miraculis ꝓdētib⁹
intellexit: necdum tñ ipsum deum esse cognouit. Sed qa quē magistrū
nouerat ueritatis: eū ꝑfecte docendus adiit merito ad agnitionē uerita
tis eius ꝑfecte docendus subiit: merito utriusq; natiuitatis eius diuinita
tis. s. & humanitatis: sed & passionis atq; ascensionis ipsius archana ꝑce
pit: necnō etiā modum secūde regenerationis ingressum regni celestis
aliaq; ꝑ plura doctrine euangelice sacramenta dño reuelante didicit.
(Respōdit ei iesus & dixit.) Amē amen dico tibi nisi quis renatus fuerit
denuo nō potest uidere regnū dei. Que sentētia tāto aptius lucet cūctis
fidelib⁹ q̄nto cōstat quia sine huius luce fideles esse nequeūt. Quis ete-
nim sine lauacro regeneratiōis remissionē peccatoꝝ cōsequi & regnū
ualeat intrare celoꝝ? Sed nicodemus qui uenit nocte ad dñm necdum
lucis misteria capere nouerat. Nā & nox in qua uenit ipsam eius q̄ ꝑme
batur ignorantiam designat. Necdum eñ eoꝝ numero sociatus erat.
Quibus ait apl's. fuistis aliquādo tenebre: nunc autē lux in dño. Sed in-
ter eos potius remanebat. Quibus loquebatur esaias. Surge illumina-
re Ierusalē quia uenit lumē tuū: & gloria dñi sup te orta est. Respondit
ergo & ait. (Quō potest homo nasci cū sit senex? Nunqd potest in uen
trem matris sue iterato itroire & renasci?) Quia eñ secūde natiuitatis
adhuc nescius ꝑseuerabat: de salute aūt sua iā sollicitus extiterat neces
sario de una quā nouerat natiuitate an posset iterari: uel quo ordine re
generatio possit īpleri q̄rebat: ne huius expers remanendo uite celestis
particeps esse neqret. Notandū autem qa quod de carnali dixit. hoc ēt
de spūali est regeneratiōe sciendū: nequaq̄ uidelicet ea postq̄ semel ex-
pleta fuerit posse repeti. Siue eñ hereticus siue scismaticus siue facino-
rosus quisq; in confessione sancte trinitatis baptizet non ualet ille q ita
baptizatus est: a bonis catholicis rebaptizari: nec confessio uel inuoca-
tio tanti nōis uideatur annullari. Et quia nicodemus ad primam dñi re
sponsionem sollicitus quomodo sit ītelligenda diligenter īquirit. me-
retur iam pleni⁹ īstrui. Et qa secunda natiuitas nō carnalis est: sed spūa-
lis: meretur audire. (Amen amē dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aq̄
& spū sancto: nō potest ītroire ī regnum dei.) Cuius natiuitatis modū
subseq̄nter exponēs: prorsusq; a carnali distiguēs ait. (quod natum est
ex carne caro est: & quod natum est ex spiritu spiritus est.) natura spiri-
tus inuisibilis: carnis est uisibilis. Et ideo carnalis generatio uisibiliter
amministratur uisibilibus incrementis. Qui in carne nascitur per eta-
tum momenta proficit. Spiritalis autem generatio tota inuisibiliter a
gitur. Nam uidetur quidem qui baptizatur in fontem descendere: ui-

Sine baptismate nemo accipiet remissionē peccatorum.

Ephe. v. c.

Esa. lx. a.

Baptism⁹ a quocūq; fiat non valet reiterari.

Spūs & carnis diuersa natura.

detur aquis intinctus ascendere. Quid aũt lauacrũ in illũ regeneratio-nis egerit minime potest uideri. Sola aũt fidelium pietas nouit: qa pec-cator in fonté descédit sed purificatus ascédit. Filius aũt mortis descen dit: sed filius resurrectionis ascédit. Filius preuaricationis descédit: sed filius diei ascédit. Filius ire descédit: sed filius misericordie ascédit: sola ecclesia mater q̃ generat nouit. Ceterũ oculis insipientium uidetur talis exire de fonte qualis intrauit: totũq; iocus esse quod agitur. Vnde in fi ne uidétes gloriam sanctorũ dicẽt gemétes in tormẽtis. Hic sunt quos aliquando habuimus in derisum: & in similitudine improperii. Quo modo ergo computati sunt inter filios dei? Ait apostolus ioãnes. Cha-rissimi inquit nunc dei filii sumus: & nondum apparuit quid erimus. (Quod ergo natũ est ex spiritu spũs est:) quia ex aqua & spiritu regene ratus inuisibiliter in nouũ mutatur hominẽ & de carnali efficitur spũa-lis. Qui ideo recte nõ solũ spiritualis: sed etiam spũalis spũs uocatur: quia sicut substantia spiritus inuisibilis est nostris aspectibus: ita is q per gratiam dei renouatur inuisibiliter sit spũalis & dei filius: cũ uisibiliter hominibus caro & filius hominis appareat. Sequitur. Non mireris qa dixit tibi oportet uos nasci denuo (Spiritus ubi uult spirat & uocem eius audis & nõ scis unde ueniat aut quo uadat. Sic est oĩs qui natus est ex spi ritu.) Spiritus ubi uul spirat: quia ipse habet potestaté cuiuscũq; quẽ gra tia sue uisitationis illustret: & uocem eius audis dũ te presente loquitur is: q spũ sancto repletus est: (sed non scis unde ueniat aut quo uadat.) qa etiã si te presente quépiã ad horã repleuerit non põt uidere quomodo intrauerit uel quomodo redierit: quia natura est inuisibilis. Sic est oĩs q natus est ex spũ. Et ipse enĩ inuisibiliter agẽte spũ incipit esse quod non erat: ita ut ĩfideles nesciant unde ueniat & quo uadat qa grã regenera-tionis uenit in adoptioné filiorum dei: & uadit in pceptioné regni cele stis. Querẽte adhuc nicodemo (quomodo possint hec fieri respõdit Ie sus & dixit ei. Tu es magister in israel & hec ignoras?) Non quasi insul-tare uolés ei q magister uocetur cum sit ignarus celestiũ sacramẽtorum sed ad humilitaté illũ prouocans sine qua ianua celestis non põt iueniri Amé amẽ dico tibi qa quod scimus loquimur: & quod uidimus testa-mur & testimoniũ nostrum non accipitis. (Si terrena dixi uobis & non creditis: quomodo si dixero uobis celestia credetis?) Terrena dixit illis ut ĩ superiori lectione ĩuenimus: cum de passione & resurrectiõe sui cor poris quod de terra assumpserat loq̃retur dicẽs. Soluite templum hoc & ĩ tribus diebus excitabo illud: non tamẽ credebant uerbo quod dixit. Sed ne hoc q̃dem ĩtelligere ualebant: qa non de alio quam de téplo cor poris sui diceret. Qui ergo terrena audiẽtes uon capiebant: quãto ma gis ad celestia. i. ad diuine generationis capiẽda mysteria non sufficiũt Addit auté adhuc dñs de celestibus sacramentis & de terrenis ĩstruere eũ

Sola fidelium pietas nouit effectũ baptismatis.

Sapiẽ. v. a

i. Ioã. iij

Ioã. ij. d.

quem uidit sapienter & diligenter hisq audit intendere. Celestis nanq; ascésio eius ad uitam sempiternam: terrena uero exaltatio eius ad mortem temporalem. Dicit ergo de celestibus. (Et nemo ascendit in celum nisi qui descédit de celo. Filius hominis q in celo é) Merito aũt queritur quomodo filius hominis uel descẽdisset de celo: uel eo tẽpore quo hec in terra loquebatur iam fuisset in celo. Nota est namq; confessio fidei catholice: qa descendens de celo filius dei filium hois in utero uirginis assumpsit eumq; completa dispensatióe passionis sue resuscitauit a mortuis: & assumpsit in celum. Non ergo caro christi descẽdit de celo: necq; ante tẽpus ascẽsionis erat in celo. Et quã ratione dicitur. Nisi qui descendit de celo filius hominis: qui est in celo: nisi qa una christi persona est in duabus existens naturis: atq; ideo filius hois recte dicitur & descendisse de celo: & ante passionem fuisse in celo. Quia quod in sua natura habere non potuit: hoc in filio dei a quo assumptus est habuit. Sed & hoc querẽdum quomodo dictũ sit. (& nemo ascẽdit in celũ nisi qui descendit de celo.) cum oẽs electi se ueraciter confidunt ascẽsuros in celũ promittente sibi dño. Quia ego ubi sum: illic & minister meus erit. Cuius

Ioã. xii. d tamẽ nodũ questiones apertissima ratio soluit: quia uidelicet mediator

Xps electorũ caput est dei & hominũ homo xps iesus electorum omniũ caput est. Itẽq; oẽs ele

Ad ephe. i. d cti eiusdem capitis mẽbra sunt dicente apostolo. Et ipsum dedit caput

I. Corin. xii. d super oẽm ecclesiam. Et rursum. Vos enim estis corpus xpi & mẽbra de

Corpus xpi est ecclesia membro. Nemo ascẽdit in celum nisi xps in corpore suo quod est ecclesia: qui in seipso primum cernẽtibus apostolis eminẽtioribus nimirum mẽbris suis ascẽdit: & exinde mẽbris suis quotidie ascendẽtibus se colligit in celum. Quisquis in celum ascendere desiderat ei qui de celo descendit: & est in celo se uera fide & dilectionis unitate coniungat: aperte intelligens quia nullo ordine nisi per eum qui descendit de celo: potest

Ioã. xiiii ascendere in celum. Vnde alias ipse dicit: nemo uenit ad patrem: nisi p me. (Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hois.) Mira magisterii celestis arte dñs magistro legis mosayce ad spũalem legis eiusdem sensum inducit: recordans hystorie ueteris: & hanc in figuram sue passionis atq; humane salutationis factã edis

Nu. xxi a. serens. Narrat quippe liber numerorũ quia percussus in heremo populus israel itineris longi ac laboris tedio murmurauit cõtra dñm & moysen. Ideoq; miserit dñs in illum ignitos serpentes ad quorum plagas & mortes plurimorum: cum clamarent ad moysen & ille oraret iussit eũ dñs facere serpentẽ eneum & ponere pro signo. Qui percussus inquit aspexerit eum uiuet. Et ita factum est. Plage igitur serpentium ignitorum: uenena sunt & incentiua uitiorum que animam quam tangunt spirituali morte perimunt. Et bene murmurans contra dominum populus: serpentium morsibus sternebatur ut ex ordine flagelli exterio

ris agnosceret quantam intus perniciem murmurando pateretur. Exaltatio aũt serpentis ęnei quem dum percussi aspicerent sanabantur. Passio est enim nostri redemptoris in cruce: in cuius solum fide regnũ mortis & peccati superatur. Recte etenim per serpentes peccata que animã simul & corpus ad interitum trahunt: exprimuntur: non solum quia igniti: quia uirulenti: quia ad perimendum sunt: uerum etiam quia per serpentem primi parentes nostri ad peccandum persuasi: ac de imortalibus sunt peccando mortales effecti. Recte per serpentẽ ęneum dñs ostẽditur qui uenit in similitudinem carnis peccati. Quia sicut ęneus serpẽs effigiem quidem ignitis serpentibus similem: sed nullũ prorsus in suis membris habens ardorem ueneni percussus a serpẽtibus sua exaltatione sanabat. Sic nimirum redemptor humani generis non carnem peccati sed similitudinem induit carnis peccati in qua mortem crucis patiẽdo credentes in se ab omni peccato & ab ipsa etiam morte liberaret. Vt omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat uitam eternam.) Cuius quidem uerbi patet sensus quia qui credit in Iesum non solum perditionem euadit penarum sed & uitam percipit eternam. Et hoc inter figuram distat & ueritatem. quia per illam uitã elongatur temporalis. Per hanc uita donatur sine fine mãsura. Sed curandum sollerterẽ: ut quod intellectus bene sentit: operatio cõdigna ꝑficiat: quatinus confessio recte nostre fidei pie & sobrie conuersando ad perfectionẽ promisse nobis uite mereatur attingere. Verũ qa hec de filio hoĩe dicuntur q exaltari in cruce & mortẽ uoluit pati: ne putaret Nicodemus filium tantum hominis eum esse a quo uita esset expectanda perpetua. Curauit ei dominus etiam diuinitatis sue patefacere archanum: unumq; & eundem filium hominis mundi ostenderet esse saluatorem. Nam sequitur. (Sic enim deus dilexit mundum: ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum: non pereat: sed habeat uitam eternam) Vnde notandum ꝙ eadẽ de filio dei unigenito replicat. que de filio hoĩs in cruce exaltato ꝓmiserat dicẽs: (ut oĩs qui credit in eũ: nõ pereat sed habeat uitam eternã.) qa ꝑfecto idẽ redẽptor nr̃ filius dei ante secula existẽs fili9 hoĩs factus est in fine seculorũ: ut q per diuinitatis sue potẽtiã nos creauerat ad ꝑfruendã uite btitudinem perennis: ipse per fragilitatem hũanitati nr̃e nos restauraret ad recipiẽdã quã ꝑdidimus uitã. Vnde nobis satagendũ est fratres charissimi ut diuinis bñficiis uicem rependentes diligamus toto corde: tota anima: tota uirtute deũ patrem: qui nos tanto amore prior dilexit: ut proprio filio suo non parceret: sed pro nobis omnibus traderet illum. Diligamus ipsum filiũ qui cum in forma dei esset: nostre libertatis & uite grã formam dei accepit factusq; est obediens usq; ad mortem: mortem aũt crucis. Et sicut de eo dicit ioannes apostolus: qui dilexit nos & lauit nos a pecatis nr̃is in sanguine suo. Di-

Exaltatio serpẽtis enei passio est xpi.

Per serpentes quid designatur

Xp̃s in similitudine carnis peccati sed nõ in peccato venit

Quid iter figurã & veritatẽ distat

Philip. ij. c

Apoca. j. b.

ligamus sanctum eiusdē pr̄is & filii spūm: in cuius unctione signati su-mus in die redēptionis qui ubi uult spirat: & ubicūq; spirat continuo flā-mam eiusdem diuine dilectionis accendit. Credamus ipsum patrem & filiū & spūm sanctū unum esse deū: & dn̄m nostrum. Ac debitis laudi-bus exaltemus nomē eius inuicē: cui est gloria imperium & potestas an te secula seculorum. Amen.

Segmentum ex euangelio luce. xvi. capite. D. quod ca-nitur dominica prima post trinitatem.

Medicus pe nultimam a cuit. Mortu⁹ aūt diues i greco est. Mortus ē au tē ⁊ diues se-pultusq; ⁊ in inferno ele-uās oculos su os. ⁊c. Itē fili recor dare q̄ acce pisti tu bona tua i vita tua Itē in his oī b⁹. ⁊c. sic trās ferendū dicit laurētius. Et sup hec oīa i ter nos ⁊ vos vorago mag na firmata ē vt hi q̄ volūt trāsire hic ad vos nō possit neq; q̄ istinc ad nos trans fretent q̄ chaos nō legitur grece. Fides edificatur p allegoriā.

IN illo tempore. Dixit dominus Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā erat diues q̄ induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splēdide. Et erat quidam mēdicus nomine Lazarus: q̄ iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus: cupiens sa-turari de micis q̄ cadebant de mēsa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & ca nes ueniebant: & lingebant ulcera eius. Factum est aūt ut moreretur mēdicus & portaretur ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est aūt & di-ues & sepultus est in inferno. Eleuans aūt oculos suos cū esset in tormē-tis uidit abraam a longe & lazarū in sinu eius: & ipse clamans dixit. Pa ter abraam miserere mei: & mitte lazarū ut intingat extremum digi-tum in aquam: ut refrigeret linguā meam: q̄a crucior in hac flāma. Et dixit illi abraam. Fili recordare: quia recepisti bona in uita tua: & laza-rus similiter mala. Nūc aūt hic consolatur: tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est: ut hi qui uolūt hinc transire ad uos non possint: neq; inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eū in domū patris mei. Habeo enim quinq; fra-tres ut testetur illis ne & ipsi ueniāt in hūc locū tormētoꝝ. Et ait illi abra am. Habēt moysen & ꝓphetas audiāt illos. At ille dixit. Nō pater abraā sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitētiā agēt. Ait aūt illi. Si moysen & ꝓphetas nō audiūt: neq; si quis ex mortuis surrexerit credēt.

Homilia bt̄i gregorii pape de eadē lectiōe habita ad populum in basilica bt̄i laurētii martyris dn̄ica. i. post trinitatē.

IN uerbis sacri eloquii fratres charissimi: prius seruanda est ue-ritas hystorie: & postmodum requirenda spiritualis intelligen-tia allegorie. Tunc namq; allegorie fructus suauiter carpi-tur: cum prius per hystoriam in ueritatis radice solidatur. Sed quia nonnunq̄ allegoria fidem edificat. Et hystoria mortalitatem nos quia auctore deo iam fidelibus loquimur: non ab re credimus si ipsum loquendi ordinem postponamus: quatinus qui fidem iam fir mam tenetis prius de allegoria: aliquid breuiter audire debeatis. Et quod nobis de mortalitate hystorie ualde est necessarium: hoc in expo sitionis nostre ordine seruetur extremum. Quia ea plerumq; solent melius recoli que contingit postmodum audiri. Sensus ergo alle-

goricos sub breuitate transcurrimus: ut ad mortalitatis latitudinem citius uenire ualeamus.(Homo quidam erat diues & induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splẽdide) Quẽ fratres charissimi quẽ diues iste qui induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splendide: nisi iudaicũ populum designat: q cultũ uite exterius habuit: q acceptae legis delitiis ad nitorẽ usus est non ad utilitatẽ: Quẽ uero lazarus ulceribus plenus nisi gentilem populũ figuraliter exprimit: Qui dum cõuersus ad dñm peccata sua nõ erubuit cõfiteri: huic uulnus in cute fuit. In cutis quippe uulnere uirus a uisceribus trahitur & foris erumpit. Quid est ergo peccatorũ confessio nisi quedã uulnerum ruptio qa peccati uirus salubriter aperitur in cõfessione quod pestifere latebat in mẽte: Vulnera eteni cutis in supficiẽ trahunt humorẽ putredinis. Et confitẽdo peccata quid aliud agimus nisi malũ quod in nobis latebat aperimus: Sed lazarus uulneratus cupiebat saturari de micis q̃ cadebant de mẽsa diuitis & nemo illi dabat: quia gentilem quẽq ad cognitionẽ legis admittere supbus ille populus despiciebat. Qui dũ doctrinam legis nõ ad charitatẽ habuit sed ad elationẽ quasi de acceptis operib⁹ timuit. Et quia ei uerba defluebãt de scientia: quasi mice cadebãt de mensa. At cõtra iacentis pauperis uulnera lingebãt canes. Nõnunq̃ solent ĩ sacro eloquio p canes p̃dicatores intelligi. Canũ eteni ligua uulnus dum lingit curat qa & doctores sc̃ti dũ in cõfessiõe peccati nr̃i nos instruũt quasi uulnus mẽtis p linguã tangũt. Et quia nos loquẽdo a peccatis eripiũt quasi tangẽdo uulnera ad salutẽ reducũt. Quia eni canũ nomine predicato℞ lingua signatur dũ per psalmistã dicitur. Ligua canũ tuorũ ex inimicis ab ipso. Ex iudeis quippe in fidelibus sc̃ti predicatores electi sunt: qui in assertione ueritatis cõtra fures latronesq uenientes: magnos pro dño (ut ita dicam) latratus dederunt. Quod cõtra de quorũdam reprobatione dicitur. Canes muti nõ ualẽtes latrare: quia igitur p̃dicatores sancti peccata dãnant: cõfessionem uero peccatorũ approbant dicẽtes Confitemini alterutrũ peccata uestra: & orate pro inuicẽ ut saluemini. Vlcera lazari canes lingũt. Sancti eteni doctores dũ gentiliũ cõfessiones accipiũt: mẽtium uulnera saluti restituũt. Vnde & bene lazarus interp̃tatur adiutus: quia & ipsi hũc ad ereptionẽ iuuãt: qui eius uulnera per lingue correptionẽ curant. Potest etiã p linctionẽ canũ lata adulãtũ ligua signari. Adulantib⁹ eteni uulnera nr̃a ligere est: (quod plerũq solẽt etiam ipsa mala q̃ nos in nobis reprehendim⁹) in probo fauore laudare. Contingit uero ut uterq moreretur. Diues q induebatur purpura & bysso sepultus est in inferno: in sinũ uero abrahe lazarus ab angelis ductus est. Quid abrahe sin⁹ nisi secretã requiẽ significat patrum: De qua ueritas dicit. Multi inquit ab oriẽte & occidente uenient & recũbent cũ abraã & ysaac & iacob in regno celo℞. Filii aũt regni eiiciẽtur

Diues mal⁹ iudaicũ populum representat.

Cõfessio aperit vuln⁹ peccati.

Predicatores dicuntur canes.

Psal.lxvii.

Esaie.lvi.d.

Jacobi.v.d.

Lazarus adiutus interpretatur.

Adulatores signãtur per canes lingẽtes.

Mat.viii.c.

in tenebras exteriores. Qui enim purpura & bysso inductus dicitur recte regni filius uocatur. Qui de longinquo ad uidēdū lazarū oculos leuat: qa dū per dānationis sue suplicia infideles inimo sunt: fideles quosq; ante diem extremi iudicii sup se in requiē attēdunt quorum post gaudia contēplari nullatenus possunt. Lōge uero est quod cōspiciūt quia illuc per meritū non attingūt. In lingua aūt amplius ardere ostēditur: cum dicitur. (Mitte lazarum ut intingat extremū digiti sui in aquā ut refrigeret liguam meā: qa crucior in hac flāma.) Infidelis populus uerba legis in ore tenuit: q̄ opere seruare contēpsit: ibi ergo amplius ardebat: ubi se ostendit scire quod facere noluit. Qua propter bene de doctis & negligētibus per salomonē dicitur. Omnis labor hominis in ore eius: sed anima illius non implebitur. Quia quisquis ad hoc solūmodo laborat ut sciat quod loqui debeat: ab ipsa refectione sue sciētie mente uacua iciunat: ab extremo digito se tangi desiderat: quia ęternis supliciis datus optat operatione iustorum uel ultima participari. Cui respondetur: quod in hac uita bona receperit: quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putauerit. Habere hic eteni possunt & iusti bona nec tamē hec recōpensatione recipere quia dum meliora .i. eterna appetunt eorum iudicio quelibet bona affuerint: cū sanctis desideriis ęstuant bona minime uidētur. Vnde dauid propheta q regni diuitiis multisq; obsequiis fulciebatur quamuis & hec ad necessitatē bona esse cōspiceret: uni tamē singulariter bono inhianter estuabat dicens. Mihi aūt adherere deo bonū est. Inter hec uero notandū est quod ei dicitur. (Memēto fili.) Ecce cū abraam filium uocat. que tamē a tormento non liberat. Quoniā huius infidelis populi precedētes patres fideles: quia multos a sua fide deuiasse considerant. eos nulla compassione a tormentis eripiunt: quos tamen per carnem filios reconoscūt. In tormentis aūt diues positus quinq; fratres habere se perhibet: quia supbus idem iudaicus populus qui es magna iam parte damnatus est: sequaces suos quos sup terram reliquit quiq; libris moysi carnaliter intellectis uel quinq; sensibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat exprimit: quia eos ad spūalem intelligētiam non assurgere in inferno positus gemit. Petit ut ad eos lazarus mittatur: cui quia moysen & prophetas habeāt dicitur. Sed ait quia non credēt (nisi quis ex mortuis resurrexerit.) cui protinus respondet. (Si moysen & prophetas non audiunt: nec si quis ex mortuis resurrexerit credent ei.) Certe de moyse ueritas dicit. Si crederetis moysi crederetis utiq; & mihi. De me enim ille scripsit: impletur ergo quod per abrahę responsionem dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit: sed iudaicus ille populus: quia moysi credere noluit ei etiam qui resurrexit ex mortuis: credere contēpsit. Cumq; moysi uerba spiritualiter intelligere contempsit: ad eum de quo Moyses locutus fuerat

Lingua mali diuitis quare dicitur plus ardere ceteris mēbris

Ecclesia. v. c

Psal. lxxii

Diues male dicitur habuisse quinq; fratres.

Judaicus populus magna ex parte damnatus est.

Joan. v. g

non peruenit. Hec nos fratres charissimi proindagandis alegorie misteriis succincte trancurrisse sufficiat: nunc ad intuendam latius rei geste mortalitaté animis recurrat. (Homo quidam erat diues: & induabatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splédide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ante ianuam diuitis ulceribus plenus.) Nonnulli putant precepta ueteris testamenti districtiora esse quam noui sed hi nimirum improuida consideratione falluntur. In illo etenim nō tenatia: sed rapina mulctatur. Ibi rex iniuste sublata: quadrupli restitutione ponitur. Hic aūt diues nō aliena abstulisse reprehéditur: sed propria nō dedisse. Nec diciturqa ui quépiam oppresserit: sed quia in acceptis rebus se extullit. Hic ergo hic summopere colligendū est qua pena multandus sit: qui aliena diripit: si in inferno dānatione pcutitur: qui ppria non largitur. Nemo ergo secuꝝ se extimet dicens. Ecce aliena non rapio: sed concessis licite rebus fruor quia diues iste non iccirco punitus est quoniā aliena abstulit sed quia acceptis rebus semetipsum male dereliquit. Hoc quoq; fuit quod hunc inferno tradidit: qa in sua felicitate timidus non fuit: quia precepta dona ad usum arrogātie inflexit: quia uiscera pietatis ignorauit: quia peccata sua redimere etiā cū sibi abundare pciū: noluit. Et sunt nonnulli qui cultū subtilium preciosarūq; uestiū nō putant esse peccatū. Quod si uidelicet culpa nō esset: nequaquā sermo dei tam uigilanter exprimeret: quod diues qui torquetur apud inferos bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe uestimenta precipua nisi ad inané gloriam querit uidelicet ut honorabilior ceteri: esse uideatur. Nam qa pro sola inani gloria uestimétum queritur: res ipsa testatur: quod nemo uult ibi pciosis uestibus indui ubi ab aliis non possit uideri. Quā culpā possumus melius etiam ex diuerso colligere quia si abiectio uilis induméti uirtus non esset euangelista uigilanter de ioanne non diceret. Erat indutus pillis camelorū. Sed notandum nobis est magnopere in ore ueritatis de supbo diuite & humile paupere: quātus sit ordo narrationis. (homo quidam erat diues) Et ptinus subinfertur. Et erat quidam mēdicus nomine lazarus. (Certe in populo plus solent nomina diuitum quam pauperum sciri) Quid est ergo quod dominus de paupere: & diuite uerbum faciens: nomē pauperis dicit & nomen diuitis non dicit: nisi quod deus humiles nouit atq; aprobat & superbos ignorat. Vnde & qbusdam de miraculorū uirtute superbiétibus in fine dictur⁹ est. Nescio uos unde sitis: discedite a me omnes q operamini iniquitaté. At contra moysi dicitur. Noui te ex nomine. Ait ergo & de diuite: homo qdam. Ait de paupere. Egenus noie lazarus. Ac si aperte dicat. Pauperé humilē scio superbū diuité nescio. Illū cognitum per approbationé héo. Hunc per iudiciū reprobationis ignoro. Pésandū nobis est etiā quāta cōditor nostre oia consideratio

Testamenti noui precepta sūt faciliora quam veteris

Bona ppria nō largiēs dānari potest

Vestes pciosas ferre ēst peccatum.
Vestimēta pciosa nemo nisi ad inanē gloriā querit

Mat.j.a.
Mat.iij.a

Diuitū noia plus solēt sciri quā pauperum

Mat.vij.d

Exo.xxiij.d

ne dispensat. Vna etenim res non pro una re agitur: nam ecce plenus ulceribus mendicus lazarus ante ianuam diuitis iacet. Quia de re una dñs iudicia duo expleuit: habuisset etenim fortasse aliquam excusatio-nem diues: si lazarus pauper & ulcerosus ante eius ianuam non iacuis-set: si remotus fuisset si eius inopia nō esset oculis importuna. Rursus si longe esset diues ab oculis ulcerosi pauperis minorem tolerasset in a-nimo tentationem pauper. Sed dum egenum & uulneratū ante ianuā diuitis & deliciis affluētis posuit: in una eadēq; re: & ex uisione pauperis non miserēdi diuiti cumulum dānationis intulit & rursus ex uisione di uitis tētandū quotidie pauperē probauit. Quantas nāq; hunc egenum & uulneribus obsessum tentationes creditis in sua cogitatione tolleras se: cū ipse egeret pane & non haberet etiā salutē atq; ante se diuitem cer neret salutē & dilicias habere cū uoluptate se dolore & frigore affici: il lū gaudere cōspiceret: bysso & purpura uestiri: se deprimi uulneribus il lū defluere acceptis rebus: se egere: illū nolle largiri. Quātus putamus fratres charissimi tūc in corde pauperis tumultus tētationis fuit: cui certe poterat ad penam sufficere paupertas etiam si sanus esset? Rursus sufficisset egritudo etiā si subsidiū adesset. Sed ut ꝓbaretur amplius pau per simul hūc & paupertas & egritudo tabefecit: atq; insup uidebat pro cedentē diuitē obsequētibus cū eis circūfulciri: & se infirmitate & ino-pia a nullo uisitari. Nam q̄a nemo ei ad uisitandū aderat: testātur canes qui licenter uulnera lingebāt. Ex una ergo re oīpotēs deus duo iudicia exhibuit: dū lazarū pauperem ante ianuam diuitis iacere ꝑmisit: ut & di ues impius dānationis sibi augeret ultionem & tentatus paup̄ cresceret ad remunerationē. Cōspiciebat ille quotidie cui non misereretur. uide bat iste de quo ꝓbaretur. Duo inferius corda: sed unus desup̄ inspector quia & hūc tētando exercebat ad gloriam & illū tollerādo expectabat ad penā. Nam sequitur. (Factū est aūt ut moreretur lazarus & portare tur ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est aūt & diues & sepultus est in inferno.) Quia nimirū diues eū cui in hac uita misereri non uoluit in suo iam supplicio positus patronū querit. Nam ecce subiūgitur. (quia eleuans oculos cū esset in tormētis: uidit abraam a longe & lazarū in si nu ei⁹: & ipse clamās dixit. Pater abraam miserere mei: & mitte laza-rū ut intingat extremū digiti sui in aquam ut refrigeret linguā meam: q̄a crucior in hac flāma.) O quanta est subtilitas iudicioꝝ dei. O quam districte agitur bonoꝝ actuū: malorūq; retributio. Certe superi⁹ dictū est q̄a in hac uita lazar⁹ cadētes micas de mēsa diuitis q̄rebat & nemo illi dabat. Nunc de suplicio diuitis dicitur: q̄a de extremo digito Laza-ri distillari aquam in ore suo concupiscit. Hinc ergo hinc fratres charis simi colligite quanta sit districtio seueritatis dei. Diues enim iste q̄ uul nerato pauperi mēse sue uel minima dare noluit: in inferno posit⁹ usq;

Ex una re iu-dicia duo de us exhibuit

Actuū bono rū & malorū retributio di strictissime a gitur

ad minima quereda puenit. Na & gutta aque petiit qui micas panis negauit. Sed notadu ualde est quid sit: quod diues in igne positus lingua sua refrigerari petiit. Mos qppe est sacri eloquii: ut & aliquado aliud dicat: sed ex eode dicto aliud innuat. Superius aut hunc supbu diuite dns no loquacitati uacantem dixerat: sed superflue conuiuante. Neq huc de loquacitate notauit: sed cu elatione & tenacia de edacitate peccasse. Sed quia abundare in conuiuiis loquacitas solet is qui hic male conuiuatus dicitur: apud infernum grauius in lingua ardere perhibet. Primu namq male conuiuantibus famulatur culpa loquacitatis. post loquacitate uero ludendi leuitas sequit. Na q edacitatem lusus sequatur testatur scriptura diuina q ait. Sedit ppls maducare & bibere: & surrexerut ludere. Sed priusq ad lusum moueatur corp9: ad iocos & uerba inania mouetur lingua. Quid ergo est quod innuitur: qa in tormetis positus diues lingua suam refrigerari postulat? nisi quod is qui couiuando magis de loquacitate peccauerat: p retributionis iustitia in lingua atrocius ardebat? Sed cu graui ualde est pauore pensandu: hoc quod ei per abrahe rnsionem dicit. (Fili recordare quia recepisti bona in uita tua: & lazar9 silr mala. Nuc hic cosolatur: tu uero cruciaris.) Ista fres charissimi senteтia pauore potius indiget qua expositioe. Na si qui estis: qui in hoc mudo exterioris boni aliqd accepistis: ipsum (ut ita dica) exterius donu pertimescere debetis: ne uobis pro quoruda uestrorum actuu recopesatione sit datu: ne iudex qui hic bona exteriora restituit a retributione boni intimi uos repellat: ne honor hic uel diuitie no ad augmetu uirtutis sed remuneratio sit laboris. Ecce enim du dicitur. (Recepisti bona in uita tua) idicat & diues iste boni aliqd habuisse ex quo in hac uita bona recepit. Rursumq du de lazaro dicitur quia recepit mala: profecto mostratur & lazaru habuisse malu aliquid quod purgaretur. Sed mala lazari purgauit ignis inopie. & bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis uite. Illum paupertas afflixit & tersit: istu abundantia remunerauit & repulit. quicunq ergo bona in hoc seculo habetis: cum uos bona egisse recolitis ualde de ipsis ptimescite: ne cocessa uobis prospitas eorudē remuneratio sit bonorum. Et cu quoslibet pauperes nonnulla reprehesibilia ppetrasse cospicitis: nolite despicere: nolite despare: qa fortasse quos supfluitas tenuissime prauitatis inquinat: caminus paupertatis purgat. De uobis oino pertimescite: quia nonnulla etia male acta pspera uita secuta est. De illis uero sollicite pensate: quia eorum uitam magistra pauptas cruciat quousq ad uite rectitudine perducat. Sequitur. (Et in his oibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est ut hi qui uolut ad nos trasire: non possint: nec inde huc trasmeare.) Qua i re ualde qredu est: quomodo dicat hi qui uolut ad nos transire non possint. Quia em hi qui in iferno sunt: ad beatorum sorte trasire cupiant: dubium

Couiuia sut plena loquacitatis.

Exo. xxxii. b.

Diues mal9 quare atrocius in lingua ardebat.

Bonu st qd a deo habeam9 pertimescamus.

Malorum lazari & bonorum diuitis q fuit remuneratio.

Danati an velint transire ad saluatos & ecotra.

nō est. Qui uero iā in btitudinis sorte suscepti sunt: quo pacto dicit̃: qa trāsire ad eos q in inferno cruciant̃ uolūt? Sed sicut transire reprobi ad electos cupiūt. i. a suplicio℞ suo℞ afflictiōe migrare: ita ad afflictos atq; in tormētis positos trāsire iusto℞: est mēte ire p miam: eosq; uelle liberare. Sed q uolūt de btō℞ sorte ad afflictos atq; in tormētis positos trāsire nō possunt: qa iustorū aīe quāuis in sue nature bonitate miam habeant. Iā tn̄ auctoris sui iustitie cōiūcte tāta rectitudine cōstringunt̃: ut nulla ad reprobos cōpassione moueant̃. Ipse qppe iudici cōcordāt: cui inherēt: & eis quos eripere nō possunt: nec ex mia cōdecēdūt: quia tm̄ illos tūc a se uidebunt extraneos: q̄ntū ab eo quē diligunt auctore suo cōspiciūt esse repulsos. Nec iniusti ergo ad btō℞ sortē trāseunt: qa dānatiōe ppetua cōstringunt̃. Neq; iusti trāsire ad reprobos possunt: qa erecti iā p iusticiā iudicii eis nullo modo ex aliq̄ cōpassione miserent̃. Sed postq̄ ardenti diuiti de se spes tollitur: eius animus ad propinquos quos reliq̄rat recurrit: qa reprobo℞ mentē pena sua q̄nq; inutiliter erudit ad charitatē: ut iam tūc etiā suos spūaliter diligāt: q hic dū pctā diligerent nec se amabāt. Vnde nūc subdit̃. (Rogo te ergo pr̄: ut mittas eū in domū prīs mei: habeo em̄ quinq; fratres: ut testetur illis ne & ipsi ueniant in hūc locū tormēto℞.) Qua in re notādū est: ardēti diuiti q̄nta ad supliciū cumulant̃: ad penā nāq; suā ei & cognitio seruat̃ & memoria. Cognoscit em̄ lazarū: quē despexit. fratrū quoq; suo℞ meminit: quos reliquit. Perfecta qppe ei ultio de paupe nō esset si hūc in retributiōe nō recognosceret. & pfecta pena in igne nō esset: si nō hoc qd ipse patit̃ etiā suis timeret. Vt ergo pctōres in supplicio ampli⁹ puniātur: & eorum uident gl̃iam quos cōtēpserūt: & de illo℞ etiā pena torquent̃: quos inutiliter amauerūt. Credēdū uero est: qd' ante retributionē extremi iudicii

Dānati quā doq; vident saluatos in augmentum supplicij.

iniusti in requiē quosdā iustos cōspiciūt: ut eos uidētes in gaudio nō solū de suo supplicio: sed etiā de illorū bono cruciētur. Iusti uero ī tormētis semp ītuent̃ iniustos ut hinc eo℞ gaudiū crescat. qa malū cōspiciūt: qd' misericorditer euaserūt: tātoq; maiores creatori suo gr̄as referunt: q̄nto uidēt in aliis qd' ipsi ppeti (si essent relicti) potuerūt. Nec illā tante btitudinis claritatē apud iusto℞ aīm fuscat aspecta pena reprobo℞: qa ubi iā cōpassio miserie nō erit: minui pculdubio btōrū letitia non ualebit. Quid aūt mirū si dū iusti iniustorū tormēta cōspiciūt: hoc eis eueni

Iusti iniustorū tormenta cōspicere possunt.

at in obsequio gaudiorū: qn̄ & in pictura niger color substernit̃ ut alb⁹ uel rubēs clarior uideat̃ sicut dictū est. Tāto bōis sua gaudia excrescūt: q̄nto eorū oculis dānato℞ mala subteriacēt: q̄ euaserūt. Et q̄uis eis sua gaudia ad pfruēdū plene sufficiāt: mala tn̄ reprobo℞ absq; dubio semp aspiciūt: qa qui creatoris sui claritatē uidēt: nil in creatura agit̃ qd uidere nō possint. Petēti aūt diuiti ut lazar⁹ mittat̃: ab abraā protinus rn̄detur (habēt moysen & pphetas: audiant illos.) Sed qui dei uerba despe

xerat:hec audire nō posse suos seq̄ces estimabat. Vnde & rn̄dit diues. (Nō pater mi:sed si quis ex mortuis ierit ad eos:penitentiā agent.) Cui mox ueraci snia dicit̄.(si moysen & ,pphetas non audiunt:nec si quis ex mortuis resurrexerit credēt.) Quia nimirū qui uerba legis despiciūt:re dēptoris p̄cepta qui ex mortuis resurrexit:q̄nto subtiliora sunt tāto hec difficilius iplebunt. Minus est em̄ quicquid p legem dicitur quā hoc qd p dn̄m iubetur. Illa em̄ dari decimas p̄cepit:redēptor uero noster ab his qui pfectionem sequunt̄ oīa dimitti iubet. Illa peccata carnis resecat: redemptor uero noster illicitas cogitatiōes etiā damnat. (Si ergo moy sen & ,pphetas nō audiunt:nec si quis ex mortuis resurrexerit credent.) quia hi qui uiliora legis precepta implere negligunt: saluatoris nostri mandatis altioribus obedire quando conualescunt. Et nimirū constat quia cuius implere dicta renuūt:ei proculdubio credere recusant. Hec nos de ipsa rei geste cōsideratione dixisse sufficiat.

Precepta re dēptoris sūt subtiliora p̄ceptis legis.

Segmētū ex euāgelio Luce.xiiii.cap̄.D.qd' canitur dn̄ica.ii. post trinitatē.historia facta est anno xp̄i.xxxii.v.kl's octo.dn̄ica.

IN illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus discipulis suis sīlitudinē hanc. Homo quidā fecit cenā magnā:& uocauit multos. Et misit seruū suū hora cenę dicere inuitatis ut uenirent: quia iam parata sunt omnia. Et ceperūt oēs simul excusare.primus dixit ei. Villam emi: & necesse habeo exire & uidere illam. Rogo te : habe me excusatum. Et alter dixit.iuga boum emi quinq;:& eo probare illa . Rogo te : habe me excusatum. Et alius dixit.uxorem duxi: & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis : & pauperes ac debiles cecos & claudos introduc huc. Et ait seruus. domine factum est ut imperasti:& adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in uias & sepes & compelle intrare:ut impleatur domus mea. Dico autem uobis q; nemo uirorum illorum qui uocati sunt:gustabit cenam meam.

Homilia beati gregorii pape de eadem lectione habita ad populum in basilica beatorum apostolorum philippi & iacobi dominica.ii.post trinitatem.

HOc distare fratres charissimi inter delitias corporis & cordis solet:quod corporales delitie cum non habentur graue in se desiderium accendunt cum uero habite eduntur:comedentem protinus in fastidium per sacietatem uertunt. At cōtra spirituales delitie cum non habentur in fastidio sunt:cū uero habentur:in desiderio. Tantoq; a comedēte amplius esuriuntur:quanto & ab esuriente amplius comedūtur. In illis appetitus placet : experientia displicet. In istis appetitus uilis est:& experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem:saturitas fastidium generat. In istis autē appetitus

Corporis et cordis delitie plurimū iter esse dicūtur.

muy noble Senor Juan Serrano

saturitatē & saturitas appetitū parit. Augēt eñ spūales delitie desideriū in mēte dū saciāt: qa quātomagis eaꝝ sapor pcipit: eo amplius cognoscit quo auidiꝰ ametur. Et iccirco nō habite amari nō possunt: qa earū sapor ignorat. Quis eñ amare ualeat qđ ignorat? Proinde psalmista nos ammonet cū dicit. Gustate & uidete qm̄ suauis est dñs. Ac si apte dicat. Suauitatē eius nō cognoscitis si hāc minime gustatis. Sed cibū uite ex palato cordis tāgite: ut pbātes eius dulcedinem amare ualeatis. Has aūt delicias homo tūc amisit: cū in paradyso peccauit. Extractꝰ enim a cibo ęternæ dulcedinis os clausit. Vnde nos quoq; nati in huius pegrinatiōis erūna huc fastidio si ueniētes: nescimꝰ quid desiderare debemꝰ. Tantoq; se amplius fastidii nostri morbus exaggerat: quātomagis ab esu illius dulcedinis animus elongatur. Et eo iā internas delitias nō appetit: quo eas comedere diu longeq; dissueuit. Fastidio ergo nostro tabescimus: & lōga inedie peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumꝰ paratā dulcedinē: amamus foris miseri famē nostrā. Sed supna nos pietas nec deserētes se deserit. Cōtentas eñ illas delitias ad memorie nostre oculos reuocat: easq; nobis proponit: in promissione torporē excutit: atq; ut fastidiū nostrū repellere debeamꝰ inuitat. ait namq;. (Homo qdā fecit cenā magnam & uocauit multos.) Quis iste hō est nisi ille de quo p prophetā dicitur. Et homo est: & qs cognouit eū? Qui fecit cenā magnā: quia sacietatē nobis iterne dulcedinis pparauit. Qui uocauit multos sed pauci ueniūt: quia nōnunq̄ ipsi q per fidē ei subiecti sunt eterno eius cōuiuio malę uiuēdo cōtradicūt. sequitur. (Misit aūt seruū suū hora cene dicere inuitatis ut uenirent.) Quid hora cene nisi finis est mundi? In quo nimiꝝ nos sumus: sicut iam dudū paulus testatur dicēs. Nos sumus in quo fines seculoꝝ deuenerūt. Si ergo hora iā cene est cū uocamur: tāto minus debemus excusare a cōuiuio dei: quanto appropinquasse iam cernimꝰ finē seculi. Quo eñ pēsamus: qa nihil est quod restat: eo debemꝰ ptimescere: ne tp̄s gratie qđ presto est pereat. Iccirco aūt hoc cōuiuiū dei nō prandiū sed cena noiatur: quia post prandium cena restat. Post cenam uero conuiuiū nullū restat. Et quia eternū dei cōuiuiū nobis extremū pparabitur: rectū fuit ut hoc nō prandiū sed cena uocaretur. Sed quis per hūc seruū qui a patrefamilias mittitur ad inuitandum: nisi predicatoꝝ ordo signatur. De quo uidelicet ordine quāuis adhuc indigni existimus. quis peccatorum nostrorū ponderibꝰ grauamur: & nos tamē in istis diebus sumus: & cū de edificatione uestra uobis aliquid loquor: hoc est quod ago. Seruus enim sum summi patrisfamilias. Cum uos ammoneo ad cōtemptum seculi: inuitare uos uenio ad cenam dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitandum nequaq̄ dignus appareo: sed tamen magne sunt delitie quas promitto. Sepe fratres mei solet euenire quod dico: ut persona potens

Psal. xxxiii.

Multi sunt qui nesciunt qđ dsiderare debeant.

Ezech. viii.
Cenā magnā fecit dñs.

i. Corint. x. c.

Cena facta nullū restat conuiuium.

famulũ habeat despectũ: cũq; per eũ suis forte uel extraneis aliquod respõsum mãdat: nõ despicitur psona loquẽtis serui: quia seruatur in corde reuerentia mittentis dñi. Nec pensant qui audiũt per quẽ: sed qd uel a quo audiãt. Ita ergo fratres ita uos agite. & si nos forsitã digne despicitis: in mente tñ uestra uocãtis dñi reuerẽtiã seruate. Cõuiue fieri summi patrisfamilias libẽter obedite. Corda uestra discutite atq; ex eis mortale fastidiũ pellite. Ad repellẽdũ nãq; fastidiũ uestrũ: iã parata sunt oĩa. Sed si adhuc carnales estis fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipse carnales epule in spũali uobis alimẽto cõuerse sunt. Ad abstergendum nãq; mẽtis uestre fastidiũ: in cena dñi ille uobis singularis agnus occisus est. Sed quid agimus: qui hoc quod subiũgitur adhuc fieri a multis sepe uidem⁹? (Et ceperũt simul oẽs excusare.) Offert deus quod rogari debuerat: nõ rogatus dare uult quod uix sperari poterat: ut dignaretur largiri postulatus: & tñ cõtẽnitur. Cõtentoribus uero paratas delitias refectionis ęternę denũciat: & tñ simul oẽs excusant. Ponam⁹ ante oculos mentis minima: ut possimus digne pensare maiora. Si quispiam potens ad inuitandũ quẽlibet pauperẽ mitteret: quid fratres rogo: qd paup ille faceret: nisi de eadẽ sua inuitatione gauderet? respõsum humilem redderet: uestẽ mutaret: ire quãtotius festinaret: ne prior se ad potentis cõuiuiũ alter occurreret? Hõ ergo diues inuitat: & paup occurrere festinat. Ad dei cõuiuiũ inuitamur & excusamus. Sed ecce inter hoc existimare possum: qd sibi corda uestra rñdeãt. Occultis em̃ fortasse sibimet cogitatiõibus dicũt excusare nolum⁹. Ad illud em̃ supne refectiõis cõuiuiũ & uocari & puenire gratulamur. Loq̃ntes uobis talia mentes ur̃e ueꝝ dicũt: si nõ plus terrena quã cęlestia diligũt. Si nõ amplius reb⁹ corporalibus q̃ spũalibus occupãtur. Vnde hic quoq; ipsa excusantiũ causa subiũgit: cũ ptinus subinfertur? (Prim⁹ dixit. uillã emi & necesse habeo exire & uidere illã. Rogo te habe me excusatum.) Quid p uillã nisi terrena substãtia designatur. Exiit ergo uidere uillã: qui sola exteriora cogitat ppter substantiã. (Alter dixit. Iuga boũ emi quinq; & eo pbare illa. rogo te habe me excusatũ.) Quid in quinq; iugis boum nisi quinq; corporis sensus accipimus? Qui recte quoq; iuga boum uocati sunt: quia in utroq; sexu geminãtur. Qui uidelicet corporales sensus qa interna cõprehẽdere nesciũt: sed sola exteriora cognoscũt: & deserentes intima: ea que extra sunt tangũt: recte per eos curiositas designat: q̃ dũ alienã q̃rit uitã discutere: semp sua intima nesciens studet exteriora cogitare. Graue nãq; curiositatis est uitiũ: q̃ dum cuiuslibet mentẽ ad inuestigandũ uitã proximi exterius duci: semp ei sua intima abscondit: ut aliena sciens se nesciat. Et curiosi animus quãto perit⁹ fuerit alieni meriti: tãto fiat ignarus sui. Propter hoc nãq; & de eisdem quinq; iugis boũ dicit. (Eo pbare illa. rogo te habe me excusatum.) Ipsa em̃ excusantis

Despecti nũcij verba non propter ipsum sed ppter reuerẽtiã mittentis nõ despiciuntur.

Villa terrenam substãtiam significat.

Boum quinq; iuga quinq; sensus representant.

uerba a uitii sui significatiõe nõ discrepant: dũ dicit. Eo pbare illa: q̃a uidelicet aliqñ pertinere probatio ad curiositatẽ solet. Sed notãdũ est: quod & is qui ppter uillã: & eis qui propter probãda iuga boum a cena sui inuitatoris se excusat: humilitatis uerba premisit dicens. (Rogo te habe me excusatũ.) Dum enim dicit rogo te & uenire contemnit: humilitas sonat in uoce: superbia in actione. Et ecce hec diiudicat praua quisq; cũ audit: nec tamen ea que diiudicat: agere desistit. Nã dum cuilibet peruerse agenti dicimus conuertere: deũ sequere: mundũ relinque: ubi hunc nisi ad dñicam cenam uocamus? licet dũ respondet: ora pro me quia peccator sum: hoc facere nõ possum: quid aliud agit: nisi & rogat & excusat? Dicens nãq; quia peccator sum: humilitatẽ insinuat: subiungens autem conuerti nõ possum: superbiam demõstrat. Rogando igitur excusat quia & humillitatẽ superducit in uoce & supbiã exercet in actione. (Alius aũt dixit: uxorem duxi & ideo nõ possum uenire.) Quid per uxorem nisi uoluptas carnis accipitur? Nam quãuis bonũ sit cõiugiũ atq; ad propagandam sobolem prouidentia diuina constitutũ. Nõnulli tñ nõ per hoc fecunditatẽ prolis: sed desideria expectũ uoluptatis: & idcirco per rem iustã significari potest nõ incõgrue res iniusta. Ad cenã ergo nos ęterni conuiuii summus pater familias inuitat: sed dũ alius auaritie: alius curiositati: alius uoluptati carnis est deditus: nimirũ reprobi simul oẽs excusant: dũ hunc terrena cura occupat: illũ alieni actus sagax cogitatio deuastat: alterius etiã mentẽ uoluptas carnalis inquinat: fastidiosus quisq; ad eterne uite epulas nõ festinat. Sequitur. (Reuersus seruus nunciauit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis: & pauperes debiles cecos & claudos introduc huc.) Ecce qui terrene substantiæ plus iusto incumbit: uenire ad dominicã cenã recusat: qui labori curiositatis isudat: preparata uite alimenta fastidit: qui carnalibus desideriis inseruit: spũalis conuiuii epulas respuit. Quia ergo uenire superbi renuunt: pauperes eligũtur. Cur hoc est? Quia iuxta pauli uocẽ ifirma mũdi eligit deus: ut cõfundat fortia. Sed notãdũ nobis est quomodo describantur qui ad cenã uocãtur: & ueniũt. Pauperes & debiles dicũtur qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nã pauperes & q̃si fortes sunt: q & positi in paupertate superbiunt. Ceci uero sunt qui nullum ingenii lumen habent. Claudi quoq; sunt: qui rectos gressos in opatione non habent. Sed dũ mo℞ uitia in mẽbro℞ debilitate signãtur: pfecto liq̃t: quia sicut illi peccatores fuerũt: qui uocati uenire noluerunt: ita hi quoq; pctõres sunt: qui inuitãtur: & ueniũt. Sed pctõres superbi respuũtur: ut peccatores humiles eligant. Hos itaq; eligit deus quos despicit mundus: quia plerũq; ipsa despectio hominẽ reuocat ad semetipsum. Is em̃ qui partẽ reliquit: & patrẽ substãtiæ quã perceperat prodige expendit:

Coniugium bonum est.

Auaritia curiositas et uoluptas puãt hoies a cena domini.

i. Corint. i. d. Paupes et debiles q̃ dicuntur.

Deus eligit quos mũd⁹ despicit. Luce. xv. d.

postq̃ exurire cepit: in se reuersus dixit. Quãti mercenarii in domo p̃ris mei abũdãt panibus? Longe quippe a se discesserat: quando peccabat. Et si nõ esuriisset: in semetipsum minime rediiset. Quia postq̃ terrenis rebus indiguit: tũc cogitare cepit quid de spũalibus amisit. Pauperes ergo & debiles ceci & claudi uocãtur & ueniũt quia infirmi quiq; : atq; in hoc mũdo despecti plerũq; tãto celerius uocẽ dei audiũt: quãto & i hoc mũdo nõ habẽt ubi delectent. Quod bene amalechitarũ puer ille egyptius designat: qui a malechitis predãtibus adq; currẽtibus eger remansit in uia: & fame sitiq; aruit. quem cũ dauid inuenit: ei cibum potumq; prebuit: qui illico conualescens dux dauid factus est. Conuiuantes amalechitas reperit: & eos qui se debilem reliquerant: cum magna fortitudine prostrauit. Amalechita quippe populus lambens uocatur. Et quid per lãbentem populũ nisi mentes seculariũ designantur: qui terrena cuncta ambiendo quasi lambũt: dũ solis tpalibus delectant? Quasi eñ populus lambẽs predã facit: dum terrena diligentes lucra de alienis dãnis exaggerãt. Sed puer egyptius eger in uia relinquitur quia peccator quisq; dum infirmari ab huius mũdi statu ceperit: mox secularibus mẽtibus in despectũ uenit. Quẽ tñ dauid inuenit: eiq; cibũ & potũ præbet: quia manu fortis dñs abiecta mundi non despicit: & plerumq; eos qui sequi mundũ minime ualentes: quasi in uia remanent: ad amoris sui gratiã cõuertit: eisq; uerbi sui cibum potũq; porrigit: & q̃si duces sibi in uia eligit: dũ suos etiã predicatores facit. Dum eñ christũ peccatorũ cordibus inferunt: quasi dauid super hostes ducunt. Qui cõuiuantes amalechitas uelut dauid gladio feriunt. quia superbos quosq; qui se in mundo despexerant: dñi uirtute prosternũt. Puer ergo egyptius qui in uia remãserat: amalechitas interfecit: quia plerumq; ipsi mentes secularium predicando superant: qui prius cum secularibus currere in hoc mundo non ualebant. Sed deductis ad cenam pauperibꝰ quid puer subiungat audiamus. (Domine factum est ut imperasti: & adhuc locus est.) Multi tales ad cenã dñicam ex iudea collecti sunt: sed multitudo que ex israelitico populo credidit: locum superni conuiuii non impleuit. Intrauit iam frequentia iudeorum. Sed adhuc locus uacat in regno: ubi suscipi debeat numerositas gentium. Vnde & eidem seruo dicitur. (Exi in uias & sepes: & cõpelle intrare ut impleatur domus mea.) Cum de uicis & plateis ad cenã quosdam dñs inuitat: illũ uidelicet populum designat: qui tenere legem sub urbana cõuersatione nouerat. Cum uero conuiuas suos colligi ex uiis & sepibus precipit: nimirum agrestem populũ colligere. i. gentilẽ querit: de cuius significatione per psalmistã dicit. Tunc exultabũt oĩa ligna siluarũ ante faciem dñi qm̃ uenit. Ligna enim silue gẽtes uocate sunt: quia in infidelitate sua torte & infructuose semper fuerunt. Qui ergo ex illo aggresti usu conuersi

i. regñ. xxx.

Amalechite populus lãbẽs vocatur.

sunt ad cenam dñicam quasi ex sepibus uenerunt. Notandum uero est quod in hac inuitatiõe tertia nõ dicit inuita sed cõpelle intrare. Alii eñ uocant & uenire cõtẽnunt. Alii uocãtur & ueniũt. Alii aũt nequaq̃ dicit quia uocant: sed cõpellũtur ut intrẽt. Vocãtur & uenire cõtẽnunt: qui domũ quidẽ intellectus accipiũt. sed eundẽ intellectũ opibus nõ sequũtur. Vocãtur & ueniũt: qui acceptã intellectus grãm opãdo pficiunt. Quidã uero sic uocant ut etiã cõpellant. Nã sunt nõnulli q bona faciẽda intelligũt: sed hec facere desistũt. Vidẽt q̃ agere debeãt: sed hec ex desiderio nõ sequunt. His plerũq; (ut supius dixim⁹) cõtingit ut eos in carnalibus desideriis suis mũdi huius aduersitas feriat: apphẽdere tẽporalẽ gloriã conẽtur: & nequeant: & dũ per alta pelagi quasi ad grandiores curas huius seculi nauigare pponũt: semp aduersis flatib⁹ ad deiectionis sue littora repellãtur. Cũq; se frãgi in desideriis suis aduersante mũdo cõspiciũt: quid de se auctori suo debeãt cõmemorãt: ita ut ad eũ erubescẽtes redeant: qui eũ superbiẽtes pro mundi amore deserebãt. Sepe nãq; nõnulli ad temporalẽ gloriã proficere nolẽtes aut lõga egritudine tabescũt: ut afflicti iniuriis cõcidunt: aut pcussi grauibus dãnis affligunt: & in mũdi dolore uident: quia nihil cõfidere de eius uoluptate debuerũt: seq; ipsos in suis desideriis rephendentes: ad deũ corda conuertunt. De his quippe dñs per prophetã dicit. Ecce ego sepiam uiã tuam spinis: & sepiam eam maceria: & semitas suas nõ inueniet: & seq̃tur amatores suos: & nõ apprehẽdet eos: q̃ret & nõ iueniet eos: & dicet. Vadã & reuertar ad uirũ meũ priorem: quia bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. Vir uniuscuiusq; fidelis anime de⁹ est: quia hec uidelicet ei est cõiuncta per fidem. Sed illa que cõiuncta deo fuerat aĩa amatores suos sequitur: qñ mens que iã credidit per fidẽ: adhuc se imũdis spiritibus i operatione substernit: mũdi gloriã querit: carnali delectatiõe pascitur: exquisitis uoluptatibus nutritur. Sed plerũq; oĩpotens deus talem animã misericorditer respicit: & eius uoluptatibus amaritudines pmiscet. Vnde dicit. Ecce ego sepiam uias tuas spinis. Vie etem̃ nostre spinis septe sunt: qm̃ in hoc quod male cupimus: dolorũ compũctiones inuenim⁹. Et sepiã eos maceria: & semitas suas non inueniet. Viæ nostre maceria sepiunt: cũ desideriis nostris dure in hoc mũdo obiectiones resistunt. Et semitas nostras inuenire non possumus: quia hoc quod male querim⁹ adipisci prohibemur. Et sequetur amatores suos: & non apprehendet eos: queret & non inueniet eos: quia malignos spiritus quibus se in suis desideriis anima subdidit: ad desideriorum suorũ effectũ minime cõprehendit. Sed ex hac salubri aduersitate quanta utilitas nascatur: adiũgit cum subditur: & dicit. Vadam & reuertar ad uirum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Postq̃ ergo uias suas spinis septas iuenit: postq̃ amatores suos apprehẽdere nõ ualet: ad amo

Marginal notes: Gloriam tẽporalẽ multi conãtur apphendere & nequeunt. — Osee.ij.b. — Vir cuiusq; fidelis vir de⁹ est. — Ose.ij.b. — Vie nostre maceria sepiuntur.

tem uiri prioris redit: quia plerũq̃ postquam in hoc mundo nõ possu
mus obtinere q̃ uolumus: postq̃ in terrenis desideriis de impossibilitate
lassamur: tũc ad mentẽ deũ reducimus: tũc placere incipit quod displi
cebat: & is cuius nobis amara fuerãt precepta: repẽte dulcessit in memo
ria & peccatrix aĩa q̃ adultera conata est eẽ: nec tñ apto ope potuit: de-
cernit esse fidelis cõiũx. Qui ergo huius mũdi aduersitatib⁹ facti ad dei
amorẽ redeũt atq̃ a p̃sentis uite desideriis corrigũtur: qd isti frẽs mei ni
si cõpellũtur ut intrẽt. Sed ualde est tremẽda sentẽtia: q̃ ꝑtinus subinfer
tur: intenta hãc cordis aure ꝑcipite frẽs: & dñi mei (inquãtũ peccatores
frẽs mei: inquãtũ iusti dñi mei) intẽta hãc aure ꝑcipite: ut tãto eã minus
sentiatis in examine: quãto nũc auditis formidolosius in predicatione
ait enĩ. (Dico enĩ uobis qa nemo uiroꝝ illoꝝ q uocati sunt: gustabit ce
nã meã.) Ecce uocat per se. uocat ꝑ angelos. uocat ꝑ patres. uocat ꝑ ꝓ- Deus nos uocat multipliciter
phetas. uocat ꝑ apostolos. uocat ꝑ pastores. uocat etiã ꝑ nos. uocat ple
rũq̃ ꝑ miracula. uocat plerũq̃ ꝑ flagella. uocat aliqñ ꝑ huius mũdi ꝓs-
pera. uocat aliqñ ꝑ aduersa. Nemo cõtẽnat: ne dũ uocatus excuset: cũ
uoluerit intrare nõ ualeat. Audite qd sapiẽtia per salomonẽ dicat. Tũc Prouer. j. d.
inuocabũt me & nõ exaudiã: mane cõsurgẽt & nõ inuenient me. Hic est
quod fatue uirgines tarde ueniẽtes clamãt dicẽtes. Dñe dñe aperi no- Mat. xxv. a.
bis. Sed iã tñ aditũ querẽtibus dicitur. Amen dico uobis: nescio uos.
Quid iter hec frẽs charissimi nisi relinq̃re oĩa debem⁹? curas mũdi post Bona mũdi qualiter sunt tenenda.
ponere? solis desideriis eternis inhiare? Et si cũcta hui⁹ mũdi relinquere
nõ potestis: sic tenete q̃ huius mũdi sũt: ut tñ per ea nõ teneamini in mũ
do: ut terrena res possideatur & non possideat.

❧ Segmẽtũ ex euãgelio luce. xv. cap. A qd canitur dñica. iii. post tri
nitatẽ. hystoria facta est ãno xp̃i. xxxii. vi. kl's septẽbris. feria quinta.

IN illo tp̃e. Accesserũt ad dñm Iesum publicani & peccatores: ut
audirẽt illũ. Et murmurabãt pharisei & scribe dicẽtes. Quia hic pec
catores recipit & mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam istam
dicẽs. Quis ex uobis hõ q habet cẽtũ oues & si ꝑdiderit unã ex il-
lis: nõne dimittit nonaginta nouẽ in deserto & uadit ad illã q̃ perierat
donec inueniat eã? & cũ inuenerit eã: ĩponit in humeros suos gaudẽs &
ueniẽs domũ cõuocat amicos & uicinos dicẽs illis. Cõgratulamini mi
hi qa inueni ouẽ meã q̃ ꝑierat. Dico uobis: quod ita gaudiũ erit in celo
sup uno peccatore penitẽtiã agẽte: q̃ supra nonaginta nouẽ iustis q nõ
indigẽt penitẽtia. Aut q̃ mulier habẽs dragmas decẽ si perdiderit drag-
mã unã nõne accẽdit lucernam & euertit domũ & querit diligẽter donec
inueniat eã. Et cum inuenerit: cõuocat amicas & uicinas dicens. Con-
gratulamini mihi: q inueni dragmã quã perdiderã: Ita dico uobis gau
dium erit in celo super uno peccatore penitentiã agente.

❧ Homilia beati clementis.

Charitatis i pedite ꝓprietas sub cõparatione solis mõstratur

Estiuum tẽpus quod corpori meo ualde contrarium est: loqui me diu de expositione euangelii lõga mora iteruenięte ꝓhibuit sed non quia lingua tacuit: ardere charitas cessauit. Hoc eteni dico quod apud se unusquisq̧ uestrũm cognoscit. Plerũq̧ charitas quibusdam occupationibꝰ prepedita: & integra flagrat in corde: & tñ non mõstratur in opere. Quia & sol cũ nube tegitur nõ uidetur in terra & tñ ardet in celo. Sic esse occupata charitas solet: & itus uim sui ardoris exercet: & foris flãmas operis nõ ostendit. Sed qa nunc ad loquendum tẽpus rediit uestra me studia accendãt ut mihi tãto ampliꝰ loq libeat quãto hoc uestre mentes desiderabilius expectant. Audistis in lectiõe euangelica fratres mei. (qa pc̃tõres & publicani accesserũt ad redemptorẽ nostrũ.) & nõ solũ ad colloquendũ sed etiã ad cõuescendũ recepti sunt. (Quod uidentes pharisei dedignati sunt.) Ex qua recolligitur qa uera iusticia cõpassionẽ habet: falsa iusticia dedignationem q̃uis & iusti soleãt recte pc̃tõribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typo supbie aliud quod zelo discipline: dedignantur eteni sed nõ dedignantes. Desperant: sed nõ desperãtes. Persecutionẽ cõmouent sed amantes qa & si foris icrepatiões p disciplinam exaggerant itus tñ dulcedinem p charitatem seruant. Preponũt sibi in aío ipsos: plerũq̧ quos corrigũt meliores èxistimant eos quoq̧ quos iudicant. Quod uidelicet agentes & p disciplinã arguũt subditos & p hũilitatẽ custodiũt semetipsos. At cõtra hi q de falsa iusticia supbire solent ceteros quos despiciũt nulla ifirmitatibꝰ mía cõdescendũt. Et q se pc̃tõres esse nõ credũt: eo deterius pc̃tõres fiũt. De quoꝝ ꝓfecto numero: pharisei extiterant: q diiudicantes dñm quod pc̃tõres suscipet: atenti corde ĩpm fontẽ mie rephendebant. Sed qa egri erãt: ita ut egros se esse nescirẽt: q̃tinus quod erant agnoscerẽt: celestis eos medicus blãdis fomẽtis curat. Benignũ paradigma obiicit. & in eoꝝ corde uulneris tumorẽ ꝓmit. Ait nãq̧. (Quis ex uobis hõ qui habet cẽtũ oues: & si pdiderit unam ex illis nõne dimittit nonagita nouẽ in deserto & uadit ad illã q̃ perierat?) Ecce mira dispẽsatiõe pietatis similitudinẽ ueritas dedit: quam & in se hõ ipe recognosceret. Et tñ hec specialiter ad ĩpm auctorẽ hoim ptineret. Quia eni centenarius numerus pfectus est: ipse centũ oues habuit cũ sc̃toꝝ angeloꝝ substãtiam & hoim possedit. Sed una ouis tũc periit qñ peccãdo hõ pascua uite dereliqt. Dimisit aũt nonaginta nouẽ oues in deserto qa illos summos angeloꝝ choros reliquit in celo. Cũ aũt celũ desertũ uocatur: nisi quod desertum uocatur derelictũ. Tũc aũt celũ hõ deseruit cum peccauit. In deserto aũt nonaginta nouẽ oues remanserant qñ in terra dñs unam q̃rebat. Quia rõnabilis creature numerus angeloꝝ uidelicet & hoim: q ad uidendum dñm cõditꝰ fuerat pereunte hoie erat iminutus. Et ut pfecta suma ouiũ ad integraretur in celo homo perditus querebatur in

Uera iusticia cõpassionẽ habet falsa dedignationem.

Cur celũ uocatur desertũ Rõnalis creatura ad uidẽdũ dñm fuit creata.

terra. Nam quod hic euangelista dicit in deserto alius dicit in mōtibus ut significet in excelsis: quia nimirum oues que non perierant in sublimibus stabant. Et cū inuenerit ouē iponit in humeros suos gaudens ouem in humeris suis iposuit: quia humanam naturam suscipiens peccata nostra in se portauit. Et ueniens domum conuocat amicos & uicinos dicens. (Congratulamini mihi quia inueni ouem que perierat.) Inuenta oue ad domum redit quia pastor noster reparato homine ad regnū celeste redit: ibi amicos & uicinos inuenit. Illos uidelicet angelorum choros qui amici eius sunt: quia uoluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt quia claritate uisionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit congratulamini inuente oui: sed mihi quia uidelicet eius est gaudium uita nostra & cum nos ad celum reducimur solemnitatem letitie illius implemus. (Dico uobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente: quam supra nonaginta nouem iustos qui non indigent penitentia.) Considerandum nobis est fratres mei. Cur dominus plus de cōuersis peccatoribus: quam de stantibus iustis in cęlo gaudium esse fateatur unde hoc: nisi quod ipsi per quotidianum uisionis experimentum nouimus? Quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt: stant quidem in uia iusticie nulla illicita perpetrant: sed tamen ad celestem patriam anxie non anhelant. Tantoque sibi in rebus licitis usum prebent quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt.

Mat. xviii.

Amici dei & vicini q sunt

Vita nostra gaudiū ē xpi.

Cur de cōuerso pctōre plus est gaudium in celo quam de iustis.

Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona precipua: quia ualde sibi securi sunt quod nulla commiserunt mala grauiora. At contra nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt: ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem dei: seseque in magnis uirtutibus exercent. Cuncta difficilia sancti certaminis appetunt omnia mundi derelinquunt. Honores fugiunt: acceptis contumeliis letantur flagrant desiderio: ad celestem patriam anhelant. Et quia se errasse a deo considerant: damna precedentia. Lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore conuerso quam de stante iusto gaudium sit in celo: quia & dux in prelio plus eum militem diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit: quam illum qui nunquam terga prebuit: & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat que post spinas uberes fruges profert: quam eam que nunquam spinas habuit & nunquam fertilem messem pduxit. Sed inter hec sciendū est: quia sunt plerique iusti in quorum uita tantū est gaudium ut eis quelibet peccatorum penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi nullorum sibi malorum sunt conscii: & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent: ac si a peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita respuunt ad despectum mundi sublimiter accin-

Iusti penitētes hūiliati

guntur. Licere sibi nolũt omne quod licet. bona sibi amputant etiã cõcessa: contemnũt uisibilia: inuisibilibus accẽdũtur. Lamẽtis gaudẽt: in cunctis semetipsos humiliãt. Et sicut nõnulli peccata operũ: sic ipsi peccata deplorãt cogitationũ. Quid itaq; istos nisi iustos dixerim & penitẽtes q se & in penitẽtia de peccato cogitatiões humiliãt: & recti semper in opere pseuerant? Hinc ergo colligendũ est quãtũ deo gaudiũ faciat: qñ humiliter plãgit iustus: si facit in celo gaudiũ qñ hoc quod male gessit: per penitẽtiã dãnat iniustus. Sequitur (aut q̃ mulier habens dragmas decẽ: & si pdiderit dragmã unã nonne accendit lucernã: & euertit domũ & querit diligẽter donec inueniat. &c.) Qui signatur p pastorẽ ipse & per mulierẽ: ipse eni deus ipse & dei sapiẽtia. Et qa imago exprimitur in dragma: mulier dragma perdidit: qñ scilicet homo q cõdit⁹ ad imaginẽ dei fuerat: peccãdo a similitudine sui cõditoris recessit. Sed accendit mulier lucernã: qa dei sapientia apparuit in hũanitate. Lucerna qppe lumen intesta est. Lumen uero intesta est diuinitas in carne. De qua uidelicet testa sui corporis dicit ipsa sapientia. Exaruit uelut testa uirtus mea. Quia eni testa in igne solidatur: eius uirtus sicut testa exaruit: qa assumptam carnẽ ad resurrectionis gloriã ex passionis tribulatione roborauit. (Accensa aũt lucerna euertit domũ:) qa mox ut eius diuinitas per carnem claruit: oĩs se nostra cõscientia cõcussit. Domus nãq; euertitur cũ cõsideratione sui reatus humana conscientia perturbatur. Qui euersionis sermo nõ discrepat ab eo quod in aliis codicib⁹ legitur: emũdat: qa nimirũ praua mens si nõ prius per timorem euertitur: ab assuetis uitiis non emundatur. Euersa ergo domo inuenitur dragma: quia cum perturbatur conscientia hominis reparatur in homine similitudo conditoris. (Et cum inuenerit: conuocat amicas & uicinas suas dicens. Congratulamini mihi oẽs quia inueni dragmam meã q̃ perdideram.) Que amice uel uicine nisi ille potestates celorũ sunt iam supernis dedite que tanto superne sapientie iuxta sunt: quanto ei per gratiam continue uisionis appropinquant.

Lumẽ intesta diuinitas in carne est. Psal. xxi

Domũ euerti quid sit

℃ Laus deo.

℃ Explicitur homilie diuersorum authorum in segmenta ex quattuor euangelistis excerpta que diebus dominicis per annum cantantur de nouo emendate: aucte: annotate & nuper impresse Hispali opulentissima ac nobilissima Hispaniarum urbe per Ioannem uarela. Anno ex quo uerbum caro factum est & habitauit in nobis. M. D. XXXI. XX. die mensis aprilis.

AD CANDIDAM ET IMMACVlatam dei genitricem Mariam eiusdem. P. nuñez delgado presbyteri carmen pientissime dicatum

Candida uerbigenę genitrix sanctissima prolis.
Que es super angelicis glorificata thronis.
Candida que superas ebur & cristalla nitore.
Intus & exterius candida tota uigens.
Candida quę uincis niueo candore columbas.
Et speciosa nimis: & pia mater aue.
Candida nos meritos tibi nunc celebramus honores.
Accipe sollicitas corde gemente preces.
Candida tu primum concepta es mente creantis:
Postmodo labe carens carnis origo tuę.
Candida tunc forma stellas superabat eoas.
Oraq; tunc prima candidiora niue.
Candida cui brachia: & frons candida: candida ceruix.
Albentes plusq̃ lilia cana genę.
Candida candentes uicit pueritia flores.
Cum teneris annis membra tenella forent.
Candida crescentis fuerat reuerentia uultus.
Clarus & in toto corpore candor erat.
Candida te grauitas tenuit iuuenilibus annis.
Angelici mores: mens humilisq; pudor.
Candida plus multo tunc facta es: flammine dante:
Cum christus carnes induit ipse tuas.
Candida sic reliquos uixisti nobilis annos:
Quod tibi terra parem: nec dabit usq; polus.
Candida nam dextram nati sine fine beati:
Intemerata tenes uirgo benigna tui.
Candida purpureos succendit titam amictus:
Stringit & auratam gemme azona togam.
Candida bissenis frontem pręcingeris astris.
Sustinet albentes clara diana pedes.
Candida: candidior: iam candentissima rerum.
Effice nos meritis tempus in omne tuos.
Magna tua est bonitas uirgo: tu mitis ocellos.
Conuerte & precibus semper adesto piis.
Inspice quam multis iactętur uita periclis
Non uelis humanum diua perire genus.

Ante per estiferos undosi tethyos amnes
Dirige tu in tutos naufraga membra sinus.
Attamen interea fragilis miserere clientis.
Alma parens uotis annue quęso meis.

TABVLA AD PROMPTIVS INVENIENdum euangelia & homilias quę in hoc libro continentur secundum numerum foliorum ordine alphabetico.

LVDOVICVS LINARES RONDENSIS artis grammatice professor. Candida uerbigine geni hoc carmen elegiacum non minus lepidum & decorum: quam quod ab elegiacis scribi solet: tam facile est: ut explanationis non egeat: nec tamen nihil dicam interdum uocabula explanabo. In quo carmine Petrus nuñez delgado cathedraticus deiparam uirginem post innumeras laudes alloquitur. primo ut preces nostras accipere dignetur. deinde ne genus humanum in tantis periculis constitutum perire uelit quandoquidem ob causam illius genitricem dei fuisse constat. postremo ut suis uotis: que sanctissima credimus esse faueat. Candida. candidus dicitur qui omnia bono oculo aspicit: nulliq; inuidet aut detrahit. thronis. thronus grece: latine proprie regis dicitur sedes. ebur. dens elephantis hoc solū est ebur. Candida. idest sine macula. columbas. columbę dictę quod colla earum ad singulas conuersiones colores mutant. octonis annis uiuunt secundum Plinium. pia. idest misericors iuxta illud o clemens o pia. Aue. salutandi uerbum est defectiuum. Aue grece dicitur chere. hebraice salalach. idest pax tecum. concepta est mente creantis. prouerbiorum. viii. necdum erant abyssi & ego iam concepta eram. mens est qua uiuimus. animus quo sumus homines quod terra nec polus dabit parem. Sedulius in. ii. Nec primam uisa es nec similem habere sequentem. polus. sumitas sphere. interea. idest dum hoc geritur ut dirigas & reliqua nam interea particula preterita negotia coniungit futuris. plura erant sed nos his contenti exoptatum portum intramus.